

PHILIPPICA XXX.

In immodicè lætos, & in inordinate tristes.

DOMINICA III. POST PASCHA.

Mundus gaudebit, vos autem contristabimini.

Ioannis 16. v. 20.

*S. t.
Risus & fles-
sus conuenit
homini, non
tamen immo-
dicu.*

Apientissimè definit Salomon tempus esse flendi & tem-
pus ridendi, utrumque competere homini & risum & re-
tum, neutrum tamen immodicum ; si enim risus sit immo-
dicus, stultitiae est index ; si immodicus fletus insaniam ac-
cessit, & innumera corpori animoque mala prospicit. Po-
 quam verus Salomon Iesus beatos pronuntiasset, qui lugent,
mox subdidit : consolabuntur, quasi diceret, non carebit ille
sacer luctus interno gaudio ex Sancti Spiritusunctione pro-
manaturo, imò expressis verbis adjecit : cum persecuti vos fu-
rint gaudete & exultate. ex ipso moerore haurite gaudium, in
tempestate cogitate serenum, risum lachrymis miscete ob-
spem retributionis & copiosam in coelis mercedem. Nun-
quam ergò eorū nostrū luctui sic dandum est, ut nullum la-
titia, ut penitus obliviaamur sacri luctus & Evangelicæ sen-
tentiae : plorabit & flebitis vos. Væ qui ridetis immodicè, quia
flebitis irremediabiles lachrymas ! Væ qui exultatis in rebus
pessimis, quoniam diuturnus vos moeror expectat ! Væ qui
gaudetis cum mundo, quia exultare non poteritis cum Christo ! Tantum multi, qui omnem ponunt in eo beatitudinem, si
ridere, jubilare, tripudiate & in longa tempora protrahere

sus possint gaudia, contra quos hodie agendum est ; quam-
quam nec eorum obliscaer, qui vano & stulto se consumunt
moerore, atque ante mortem sibi infernum conscientur mi-
serabiliores omnibus hominibus. De utrisque si modica cum
patientia audiar, pariet hæc ipsa patientia syncretum gaudi-
um & consolationem.

Inter syncerum & falsum gaudium eadem est diversitas, *Inter latitiam
que inter faciem ex natura formosam & inter fuso illitam, Beram & fa-
vel que inter risum ex titillatione coactum & inter cordia easam abeg-
lem risum ex ridiculi objecti apprehensione ortum, vel que
inter vinum nativam dulcedine prædictum, & inter conditum
inrecedit. falsum gaudium nascitur ab exterioribus sensibus,
syncerum ex corde seu bona conscientia & bona conscientia
inhabitatore Deo. si fucatam mulierem afflat aura, si la-
vosa unda, si sulphuris sumus afficiat, perit omnis decor, & ri-
sus mundi, cum majori dedecore curis appetit. sic pereunt gaudia
seua fuerit ; viderent utinam filij hujus saeculi, qualis gladi-
liorum cervicibus impendeat, qualem à tergo habeant
capitatem, qualis infrà nos abyssus & aperto ore inhier dra-
co, evanesceret certè gaudium, & salutaris succederet mœ-
tor. talpæ sumus & idola, aures habemus & non audimus,
oculos & non videmus, vel aures ad videndum, oculos ad au-
diendum adhibemus ; ea enim quæ videnda sunt audire, quæ
audienda videre perversis sensibus optamus, cum mysteria fi-
nieri intueri, nec nisi visa credere volumus, quæ vero videmus
funera & calamitates hujus saeculi, quasi fabula narraretur,
turdæ aure pertransimus, rideamus, saltitamus cum puerulo
Francisco Regis : Mater mea ero unus ex damnatis. at dixit ista
fuer, quæ cùm repeti à matre sibi vir audisset, deliquum pas-
sus indoluit. Nec Lazarus, nec adolescentis Naimitanus, nec
archisynagogi filii, nec ullus alius ab inferis ex vita altera
redux unquam amplius legitur risisse ; caehinnamur nos, quia
de fu-*

18 PHILIPPICA XXX.

de futuro s^eculo n*on* il somniamus. unde ubi latitia? nunquid iam diabolum viesisti? nunquid iam inferni panno evasisti? nunquid iam de exilio in patriam venisti? S. Augustinus lib. de conflictu virtut^e c. 21. non est bene avi paradisiacæ in cayea, non est bene pⁱsci extra aquam, brachio extra juncturam, captivo extra patriam, & quomodo nobis bene potest esse in valle lachrymarum? non est bene Damocli sub gladio ex equina seta pendenti; non est bene populo Israëlis Babylone ser-
pt. 136. v. 4^e videnti: quomodo cantabimus canticum Domini, non est bene Tor-
biæ lumen cœli non videnti; non est bene Jobo judicijs Dei
velut flustibus obruto: semper quasi iuuentes super me fluctuantur.
Iob. 31. v. 23. Deum: non est bene Jonz: in medio ceti; non est bene Da-
vidi in deserto Ziph & montibus Engaddi, & quomodo pec-
catori in hoc deserto bene esse potest? unde ubi latitia? nun-
quid iam diabolum viesisti? nunquid iam inferni panno evasisti? nun-
quid iam de exilio in patriam venisti? falsus est ille sarcasmus
& ironia vehementis Salomonis: latere iuuenis in adolescentia rudi-
& seco, quod pro omnibus his adduerit te Deus in indicium Ecclesi^sis
v. 9. juvenem appellat, non vitum, quia immaturæ pruden-
tiæ & certæ dementiæ nota est immodico indulgere risu &
latitijs. hoc est; quod Isaïas insinuat: per centum annorum m^u
rietur: c. 63. v. 20. expende parvolorum mores & videbis ad-
ungyem: ijs congruere, qui gaudium suum in transitorij re-
ponunt: moriatur parvulo pater, moriatur mater, dum mo-
do is pomulum suum & crepundia non amittat; ridet & tri-
pudiat; irruat hostis; spolietur domus; oriatur incendium,
dum pomulo suo frui possit parvulus, ridet & rerum bona-
rum est. quid si stringatur gladius, apponatur scelopas? pra-
ludo habet omnia, quamdiu sine pomulo non est; at hoc a-
blato lamenta & lachrymæ, inconsonabiles luctus! talibus
pueris mundus est plenus, & dolendum quod multi sexage-
narij, septuagenarij, octuagenarij, nonagenarij, centum an-
norum pueri permaneant pomis suis & crepundiis addidi-
inqui-

Dominica III. post Paschā.

in quibus solum gaudent & exultant, quid sunt illecebra car-
nis nisi poma, quæ facile putent & verminant? quid est fa-
vor principum? poma Gomorrhæa. quid sunt honores &
dominatus? poma Sylvestria. quid divitiae? poma Tantali
fugacia. quid tota mundi vanitas? verbo, crepundia. his
electantur filii hujus sæculi, parvuli Babylonis, non tantum
bis pueri, sed bis stulti, quod nec isti sapient, nec respicere
à stultitia sua, cum possint, velint.

^{s. 7.}
<sup>Tres regia sen-
tientia contra
immodicam
basitatem.</sup>
Audio tres Reges, sapientissimum alterum, patientissi-
mum secundum, tertium sanctissimum contra immodicam &
insipida mundi gaudia invehit, duplicatisque sententijs ab hac
stultitia eos dehortari. Salomon in primis c. 2. Eccel. risum
inquit, reputavi errorem. qualis error? grammaticus, quia
conjugamus, quod foret deelinandum; error poëticus, quia
producimus, quod foret dissuadendum. risum reputavi errorem
& laudio dixi, quare frastra deciperis? severius proverb. 14. ri-
sus delere miscebatur, & extrema gaudij latitu^m occupat. quod majus
gaudium, eò major luctus, sicut quod major risus, eò lachry-
mæ plures oculis excidunt. nullum corpus sine umbra, lucidus
sine spina, roletum sine aculeo, lilium sine malleo, ita nul-
lum sine mortore gaudium. Job patientissimus c. 10. unius
puncti gaudium hujus mundi appellat: hoc scit à principio gen-
erum hypocrita ad instar puncti & c. 21. tenent tympanum & cibaram,
discunt in bonus dies suos, & in punto ad inferna descendunt. Sicut
Herodias saltans in glacie, sicut Jezabel dejecta de fenestra
4. Reg. 9. v. 33. aut Athalia, de qua 4. Reg. 11. v. 16. impo-
nitur sam per usum interius equorum iuxta palatum & intercella est
Denique David gaudium impij depingit in pulvere, deterrit
in circulo, exprimit in transitu: non sic impij non sic, sed tanquam
fulvus, quemq[ue] projectus venitus à facie terre, ps. 1. v. 4. impij in vacuis
ambulans ps. 11. v. 9. vidi impium super et altum transi, & eis
non erat ps. 36. v. 25. sic transit gloria, & pereunt gaudia nunc
et. Quod tres Reges dixeré, tres alij reges experti dan-
no

luso irreparabili fuere. Anticenus in Machab. 6. v. II. in quam
tam tribulationem deveni & in quos fluctus tristitia! qui incundus erat
& dilectus in potestate mea, & ecce pereo tristitia oragna in terra a ieiuncu-
tur se pronuntiat tristem? unicum malum nuncium de vi-
atoria perdita mœrorem & mortem intulit Antiocho. Bal-
thasar in convivio plenus lætitij, turbatur tribus verbulis,
ut compages renum solvantur. Daniel. 5. v. 6. Achabi Regis
gaudium unicâ Vatis voce evanuit. 3. Reg. 20. v. 42. quis
dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua, pro anima
eius. Sic tres alij Regum ministri Aman, Holofernes, Achis-
tophel, cum maximè florere se eredebant, defloruere & in-
fami mortis genere æternos subiere luctus. Rideant ergo
plenis splenibus infatuati homines ad certum dementia lux
argumentum & secutiuri prognosticon mœroris; nos è con-
tra stultorum risus ridebimus, ipsiusque Numinis provocati
exemplo, de quo dixit Chrysostomus: sicutem Christus frater
quenam inveniens, nunquam verò ridentem, ipsius in qua Numinis
incarnati exemplo siebimus potius, quam ridebimus, ut in
interitu impiorum cachinnemur & subsannemus, cum im-
provisa eos calamitas obruerit.

S. Chrysost.
hom. 6. in
Matth.

Part. Se-
unda.

S. 4.
Dama tri-
stitia ex Eccl.
frat. 38. v. 19.

Ab immodicè letis ad immodicè mortuos transeamus,
stultitiam eorum pariter castigaturi. Si ex duobus malis mi-
nus eligendum est, præstat risu quam gemitu, gaudio quam
mœrore exceedere, plurium enim malorum mater est mœ-
ritia, quam evanida lætitia. Siraciden audiamus gravissi-
mis verbis à melancholia tanquam præfica mortis universis
dehortantem: à tristitia festinat mors & cooperi virtutem, & mœ-
ritia cordis fletis servicem c. 38. v. 19. ubi tria insinuat mala, ab-
breviationem vitæ, existimationem virtutis, hominis in be-
stiam transmutationem. festinat mors quia vita consistit in
calido & humido, tristitia autem est frigida & sicca, adeoq;
vitæ è diametro contraria. Scholæ Salernitanæ pro longa
vitate confilium est:

Si tibi defuerint Medici, Medicus ubi fiant.
Hæc tria: Mens bitur, requies moderata, dieta.
hæc tria non habet melancholicus, ideoque immedicabili-
ter ad mortem festinat. Deinde tristitia virtutem operit,
quia in melancholio non est illa genuina virtus, non fides
viva, non spes florida, non charitas ardens, quæ sicut timo-
rem, ita & mœrorem dispellit. Addit proinde Siracides
v. 20. in abductione permanet tristitia. abducit enim, ut Lyranus
explicat, à bono in malum, abducit à conversatione homi-
num, inquit Paladius, facitque energumenis similes, qui in
sepulchris habitant; abducit, juxta Rabani & Jansenij inter-
pretationem, à consolatione & consideratione rerum cœle-
stium, unde dolor mitigari possit, abducit in captivitatem,
in opiam, calumniam carcerem exilium. Denique flectit cer-
vicem, hoc est, pecudi hominem reddit similem, ut velut
bos in fronte ictus terram recipiat, cui os sublimè datum
cœlumque tueri.

Severa est illa Chrysostomi in tristitiam animadversio
lib. de provid. omni diabolice operatione perniciosa est immoda-
mores ac acedia magnitudo, nam quos damen superat, per mœrorem
superat. quodsi mœrom fustulerit, nibil omnino mali & incommodi
sibi ab eo contingat. dictum certè mirabile & audax, nisi orato-
ris aurei forer. ergonè qui inordinata caret tristitia nullas à
damone timete habet insidias, nulla pericula, detrimenta
nulla; ergonè quisquis à damone vincitur, per solam me-
lancholiā vincitur, ita est: respondet Chrysostomus. exem-
pla habes indubitate in Caino, cui è vultu coincidenti Deus
ruinam prædictit, in Iuda, quem ad restum tristitia rededit,
in Saule quem Spiritus malus, hoc est melancholia invasit.
haec enim Spiritum Sanctum (sicut columbam fordes & a-
piculam fumus) fugat ac dispellit. Quos demon superat, per
mœrom superat. Didicit Chrysostomus veritatem hanc à Pau-
li Apostoli discipulo Herma, magni inter veteres nominis

S. S.
Memorables
sententia S.
Chrysostomi
& S. Hermi-
contra me-
lancholiā.

in primitiva Ecclesia, qui lib. 2. mandato 10. tom. 5. bibliotheca, PP. ita loquitur ex persona Dei: tristitia omnium spirituum nequissimus est & peccata servis Dei: (ideo Magnus Antonius lætitiam spiritualem vocabat unicam rationem vincendi inimicos, quæ dæmonum conatus quasi fumum expellit & persequitur adversarios potius quam timeat) & omnium spiritus exterminat. & cruciat spiritum Sanctum, & paulò post: vir tristis male facit quia tristem facit spiritum Sanctum, qui datus est homini bilari. Male facit, quod tristis oras Dominum, & non autem facit exhortationem, & non impetrat a Deo quod petat. semper enim oratio tristis dominus non habet virtutem, ut ascendat ad altare Domini. ex qua causa Aaron se excusavit, quod sacrificium & preces non obtulerit: quomodo potius placere Deo in ceremoniis mente ingredi? Lev. 10. v. 19. ideo captivi Israëlitæ in salicibus suspenderunt organa sua ps. 136. v. 2. ut in salicibus; quia arbores sunt instructiose, & eos adumbrant, qui sine honorum operum fructu non nisi umbram faciunt, & ignem alunt.

Non est ergo mirum toties à Siracide per omnes monendi, minandi, rogandise modos inculcari, ut tristitiam corde repellamus: miserere anima tua placens Deo & content: congrega cor tuum in sanctitate eius & tristitiam longè repelle à te. Ecl. 30. v. 24. quæ singula Jansenius apud Cornelium contra tristitiam explicat, & est sensus verborum: si vis misereri animæ tue, si vis placere Deo, si vis continens esse, si sanctitudinem adipisci, fuge tristitiam. vis misericors esse? à te incipe, & cave tristitiam, quæ infert violentiam. ita explicat Siraciden Divus Augustinus in Enchirid. c. 76. & reperiuit in jure Canon. de poenit. distinct. 3. cap. vult. qui vult eleemosynam ordinare dare, à seipso debet iniipere, & eam sibi primum dare, est enim eleemosyna opus misericordia, verissimè dictum est: miserere anima tua placens Deo. propter hoc renascimur, ut Deo placemus. & melancholici! ô crudeles! ô frustra renati! in quibus omanis sudor, & labor, & dolor, & amor Christi perit. si horum

retis aliorum fieri carnifices, cur non horretis per tristitiam vestri carnifices esse? multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea Ecl. 30. v. 35. eneantur nonnulli, & quidem repente, per immodicum gaudium, quo totum calidum affectum & sine ullo frōno effunditur; occiduntur timore alij, & quod sanguis ad cor subito & copiosè accurrens illud suffocet; at tristitia longam facit mortem vivere & de morte in mortem transire, non est utilitas in ea: tristitia vermis est cordis suammer exedens matrem instar viperæ inquit B. Antiochus homil. 25. non est utilitas in ea: homo tristes maliciatur & corruptus spiritum Sanctum, sibi di Deo donatum ait S. Athanasius citatus à S. Bernardo de modo bene vivendi c. II. non est utilitas in ea: tristitia animarum crudele tormentum est dolor quidam inexplicabilis, & judicium omni judicio vindictaq; deterius, nam & vermi est similis venenato, non solummodo carnem, sed & animam ipsam perlimens ac dilacerans: febris non apparet omni igni validius incendens, jugis nox ac tenebre profundæ, & tempestas, & turbo & pugna requiem non habens: ita Chrysostomus ep. 8. ad Olymp: non est utilitas in ea: sicut tinea vestimento & vermis ligno, ita tristitia viri nocte cordi prov. 25. v. 20. lignum vermis exelum, non iam ad ornatum vel mediocrem, sed ad combustionem ignis membritus deputari, ita anima, quæ edacissimis tristitiae mortibus devoratur, inutilis erit vestimento illi pontificali, quod angustum Spiritus Sancti solet suscipere. Hæc ex Cassian. l. 9. de institut.

Proverbiū hebræorum est: prophœtia non requiescit super vissim: ideo Elizæus vaticinari noluit, nisi prius citharam audiret, à quo ad lætitiam excitaretur. 4. Reg. 3. v. 15. Ad citharam ô melancholici, ad citharam citò adeste, cui psalmus inscripsit: quare tristis incedo dum affligit me inimicus è confitebit tibi in cithara Deus Deus meus! quare tristis es anima mea & quare concubras me? & quænam hæc cithara est? cithara Iesu ex anagram-

§. 6.
Remedium
melancholias
Cithara.

PHILIPPICA XXX.

anagrammatismo: *Eucharistia*, hanc Iesus ipse in *cœna ultima* contra fatales mortores adhibuit, & hymno cantato iustissimus morti obviam processit. hanc *redivivus Salvator* Emauntinis discipulis personandis adhibuit, quibus prius impetrat: & *estis tristes*, panem postea fregit, *Eucharistiam impertit*, melancholiā fugavit: *in fractione panis cognovimus*: *Cithara Iesu oratio est*: *tristis aliquis vestrum oret*; *Jacobi* g. v. 2. oratio cithara Dei appellatur Apoc. 15. v. 2. & orationes citharis conjunguntur Apoc. 5. veri. 8. Denique cithara Iesu ejusdem dulcissimi nominis est memoria, *dans veracordis gaudia*. fugavit cithara sua David melancholicum à Saule dæmonum, fugabit Iesus nomine suo (de quo polliceri dignatus est: *in nomine meo dæmonia cecident*) universas demonum legiones, facietque tripudiare nos cum Habacuc & cantare: *in domino gaudabo & exultabo in Deo Iesu meo*.

PHILIPPICA XXXI.

In Injustos.

DOMINICA IV. POST PASCHA

Arguet mundum de peccato, & de justitia, & de iudicio

Joan. 15. v. 8°

*C*ur consolator ille Spiritus, quem à Patre nobis Filius impetravit, cum suum in manus Patris Spiritum commendavit, ut ex manibus digitum obtineret juxta ingenio-sitatem Ruperti doctrinam lib. 2. de operibus Spiritus Sancti: qui sic tradidit Spiritum suum, ecce omníbus filiis regenerationis arguit.

*J. 8.
Cur Spiritus
Sanctus ar-
guat.*

Dominica IV. post Pascha.

acquisivit Paracletum Spiritum Sanctum. alias nisi Spiritum sicut homo tradidisset, Spiritus Paracletus non venire; cur inquam Spiritus Sanctus in Adventu suo ab arguendo & increpando faciat officij sui initium, causa mihi triplex occurrit: est Spiritus amoris, ergo ut arguat necesse est: *ego quos amo arguo* Apoc. 3. v. 19: amor libenter arguit ut dicimus proverbio. Est Spiritus veritatis, ergo mendaci mundo veritatem exposere necesse habet, qui enim veritatem dissimulat, consentire videtur falsitati. est spiritus sanctitatis, ergo reprehendere debet iniquos, ille enim solus justè utiliter que arguit, qui ipse argui non potest, & nisi arguat ipse, argui ab aliis potest. S. Ludovicus Rex christianissimus, cum fundendis ad Deum precibus intentus esset intervenit nescio quis auctorum, qui capitalis criminis gratiam pro reo postulabat, annuit Rex, iniqum ratus, non exaudire supplicantem, cum exaudiri ipse vellat à Deo. preces igitur dum continuat, incidit in psalmum 105. v. 5. *beati qui custodiunt iudicium & faciunt iusticiam omni tempore*, quibus le verbis perstringens, redire protinus advocatum jubet, & deeretam revocat gratiam inquiens: *princeps qui potest punire crimen nec punit, non minus eorum Deo reus est*, quam si ipse perpetrasset: pietatis opus est nos servitiae, facere justitiam. Arguet proinde mundum Sanctus Spiritus, quia Sanctus & pius est, addet quia consolator est prius punget quam ungat, & aspera prius Verba dabit quam lenia, prius emundabit redargutione peccatora, quam pretiosa sua infundat charismata. *arguet mun-
dum de peccato, & quoniam illo & injustitia, ut ex sequentibus patet, verbis: de iustitia & iudicio, de peccato quod munous dissimulat, de justitia quam non ordinat, dum sibi non Deo alius temerè judicat, inquit D. Bernardus serm. 21. ex parvis permittamus itaque à Spiritu Sancto mundum de justitia*

argui, ut emundemur & justificemur in sermonibus, quos per os meum hodie locuturus est.

S. 2. *Sine iustitia
virtus est nul-
la.* Tanta est justitiae dignitas atque estimatio, ut sine ea vir-
tus omnino nulla pretiū nullus sit, justitiae vero nomine omnis
virtus sive tota virtutum, panoplia à Salvatore accipiatur;
nisi abundaverit iustitia vestra Matth. 5. v. 20. est enim justitia
minum fons mater, virtutum inquit S. Zeno serm. de justitiae
ut nullam virtutem habere censendus sit, qui justitia caret.
quo circa eleganter persintigit S. Justinus M. in Apologia
ad Antoninum pium Imperat. nonnullos principes ac judi-
ces, qui cum sedicant zelotas iustitiae, sub praextu iustitiae
contra iustitiam & conscientiam delinquunt, aliorum sub-
stantiam devorant, parcunt nemini, omnibus inferunt vi-
olentiam, quasi iustitia esse possit, ubi philautia est. Elegan-
*S. Ambrosi-
us serm. 20:
in ps. 12.* tem combinationem inter verum & iniquum judicem, hoc
est inter ipsum met Iesum & Pilatum expendit D. Ambro-
sius ad illa psaltis verba: secundum iudicium tuum vivifica nos
combinando verba psalticum verbis Christi: non possum re-
igo a me ipso facere quidquam Ioanni 5. v. 30. audite quid iudex
dicat cœlestis: non possum a me facere quidquam, sed sicut
audio iudico: & Pilatus dicebat ad Dominum Iesum: po-
testatem habeo dimitendi te & potestatem habeo crucifi-
cendi te. usurpas o homo potestatem quam non habes. cum
dominus neget se habere, qui habet super omnia potestatem.
Audi quid iustitia dicat: non possum a me facere quidquam.
audite quid iudex equitatis afferat: sicut audio ita & iudico.
audite quid iudex iniqutatis loquatur: potestatem habeo
crucifigendi te. Tuā te Pilate voce constringis, tuā dāmnati-
cis sententiā. Pro potestate igitur, non pro aequitate crucifi-
fandum Domum tradidisti: per potestatem absolvisti h-
eretatem, authorem verò vitæ interfecisti: mala potestas pol-
lece quod licet. potestas ista tenebrarum est, verum non vi-
dere, sed spernere. hucusque Ambrosius. verus iudex non
geno-

agnoscit potestatem in se, sed in lege, falsus potestatem sta-
tuit in suo nequitia & avaritia, quam pro regula sibi & bea-
titudinis suæ scopo determinat.

S. 3. *Perfecta lu-
ritia non da-
tur in hoc
mundo, tñcir-
co beati di-
cauntur que
desiderant iu-
stitiam;* Inter octo beatitudines quarto loco positâ est famæ si-
isque iustitiae post luctum & dolorem, ingeni prorsus my-
sterio, ut observar S. Ambrosius lib. 6. in Luc. quia non est
verus luctus poenitentiae, si non sequatur famæ iustitiae, nec
potest syneceras appetitus iustitiae inesse illis, quibus pura
non est conscientia: beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam; infeli-
cere contra & damnati, qui fastidiunt iustitiam divinitatis
indictum est conjungere potentia iustitiam, unde joannes
describens Deum diadematis multis coronatum & exerciti-
bus stipatum præcipuum hanc illi laudem dat: cum iustitia
magice & pugnat Apoc. 19. v. 11. Non beatificat Deus actum
iustitiae sicuti in ceteris virtutibus fecit (non enim dixit: be-
ati qui desiderant paupertatem, mansuetudinem, luctum,
led qui lugent) qui pauperes & mites actu tunc desiderium
duntaxat iustitiae commendat: beati qui esuriunt & sitiunt iusti-
tiam, quia tam difficile est perfectæ iustitiae exercitium ait
Celsada in c. 2. Iudith 5. v. 18. ut clementissimus Salvator solo
illius desiderio sit contentus: perfectam iustitiam in mundo ha-
bere non possumus (inquit Doctor angelicus in c. 5. Matth.) *t. Ioan. 44
v. 8;*
quia si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, sed
hanc habemus in cælo, sed desiderium iustitiae possumus hic habere. sine
omni peccato essemus, si perfecta in nobis iustitia regnaret.
Desideranda interim iustitia est sicut panis & potus, quia ad sustentandam
vitam æternam magis necessaria, quam ad temporalem
hanc viam cibis requiritur. Qui esurit & sitiit,
ubi non alteri famet: qui iustitiae desiderio ardet, eam in se
rebusque suis observet necesse est. & sicut esuries non solet
esse speculativa, sed practica: ita desiderium iustitiae practi-
cum sit non imaginarium aut frivole conceptum, ut pervo-
latur ad regnum,

PHILIPPICA XXXI.

28

Iustitia regno dignum facit Tantæ laudes & benedictiones passim in scripturis iustitiae attribuuntur, ut sola hæc coronis & sceptris digna habeatur. Inter benedictiones morientis Jacobi potestas regia tribui Judæ defertur, et si quarto genitus esset & primogenito potius hæc competeret maiestas, cur Judas omnibus præstatur? propter justitiam inquit Isidorus Pelusiota l. 2. cp. 43: quia cum ad rogam damnasset nūrum suam Thamaz, eò quod vidua esset, & gravida, ubi tamen ex allatis muneribus intellexit quod ejusdem ipse peccati sit complex; respondens vocavit mox sententiam & exclamavit: *infior est quidam* Gen. 38. v. 26. que justitiae professio sic Deo arrisit, ut regiam eidem addixerit potestatem: non auferetur scepterum de Iuda, ille nimirum dignus sceptro, qui plectit prius in se, quod arguere vult in alijs, nec erubescit revocare sententiam, cum suam agnoscit culpam. audiatur nunc Isidorus: *Iuda quod quartus erat propter integrum iudicium & rectam sententiam, regiam dignitatem obiinuit, quoniam enim pleriq[ue] delicta sua occultantes alii condemnant, hic autem scipsum condemnavit, eamq[ue] qua stuprum admississe credebat, suppicio & cruciatu liberavit, ob eam causam, haec iniuria regiam dignitatem est affectus.* hæc ille. simili ex ea uita confirmatus in throno Saul fuit, qui licet ob inobedientiam & affectatum sacrificandi officium regio priuari sceptro meruerit, iamque latam in caput suum sententiam à Samuele audiērit l. Reg. 13. v. 13. nūl omnīndū capite sequenti v. 47. confirmatus in regno declaratur. *Sed confirmato regno puer Israel pugnabat adversus inimicos suos.* nimirum actum iustitiae interposuerat Saul, dum Jonathan unigenitum suum propter violatum jejuniū iusjusrandū moriū addixit, certissimaque dedisset nec nisi vox populi vox Dei intercessisset, idcirco confirmatur in regno, nobilitatur in solio, decoratur triumpho, is enī regnum promeretur, qui nec à se, nec à suis iustitiam excludit. aptissime Dionysius Carthusianus: propter hoc quod Saul proprio filio no-

Dominica IV. post Paschā.

29

luit parcere prælati & judices instruantur sine personarum acceptione justitiam exercere, alioquin Spiritus Sanctus eos arguer de peccato, & immortali regno proserbet.

Nec mirum excludi iniquos regno, cūm nequissima *Iudea iniqua* rūndem excedat inferorum spirituum malitiam. De Ecclesiastice sua dixit Christus: *porta inferi non prævalebit adversus eam* Matth. 16. v. 18. quæ sunt illæ inferorum portæ? respondet Chrysostomus tom. 5. in Demonstratione: *porta inferi persula sunt, qua mortem generant, pericula qua ad infernum deducunt.* Origenes existimat hypocritas intelligi: singula spirituales nequitia in celestibus portæ sunt inferorum, quibus contrariantur portæ infirmitatis tr. 1. in Matth. alij censem portas inferorum esse ini- quos judices & omnis iniquitatis viros, quia tribunalia o- lim in portis erant, & per portas significabantur. non dicit Christus: dæmones non prævalebunt adversus eam; sed portæ seu judices non prævalebunt, judices enim maligni a- liquid habent super inferorum rabiem, *nil enim pertulans & tecumfessus,* quād unus iniquus index, ita ut etiam ex illo aliquid po- niat ac virum censeatur inferorum furoris accrescere,, inquit inge- niosissimus Sylveira tom. 4. lib. 6. c. 5. q. 13. num. 186. Ma- gna inter dæmones & iniquos judices est similitudo, horum iniuper non raro malitia gravior. dæmones similes volun- tate altissimo, etiam injusti, quod enim Deo convenit, sibi arrogant dæmones sunt potestates tenebrarum, etiam inju- sti, oderunt enim lucem & querunt caliginem. dæmones or- bem perturbant, etiam iniqui judices. quæ singula elegan- tissimè ps. 87. exprimuntur: *Deus flet in Synagoga derrum, in- medio autem Deos diuidat,* enī ut judices judicentur, & quidem iudice titulo, quod dīj esse affectarint. & quid ad eos supremus iudex? gravi intonat voce: *usquequo indicatis iniquitatem & facies peccatorum sumitis* v. 21. qui judicat iniquitatem iudex iniquitatis est, ait Hieronymus. & qui facies peccatorum sumit, diabolorum germanus est. Sunt proinde iniqui ju- dices

Q. 1. 2. 3.

2. 3.

d 3

PHILIPPICA XXXI.

30

dices gravissimo iudicio obnoxij, quibus supremus index tortu
res frustè inclamat, quod v. 3. sequitur: iudicare pupille & fr
geno, hamilem ac pauperem sufficere. quod tamen cum lurdâ ex
cipiant aure & nihil minus præsent, quam quod Deus d
bet, ecce insipientia titulum ipsius affixum & interitum
mundi imputatum: nos fuerunt neq; intellecterunt, in tenebris am
bulant, ideoque principes ac potestates tenebrarum merito
audiunt, non ex ei judices, sed excæctati à malitia sua qua
tanta est, ut denique orbem totum perturbet: movebuntur
omnia fundamenta terra propter malos indices (verba S. Hierony
mi) terra fundamenta quadruntur, quadrata enim rotundis mi
scuntur.

g. 6.
Iniqui iudices
viri inferos
petuntur.

Tres injustissimi mortales Core. Datan, Abiron, cō
quod se judices populi constituerint, horribili puniuntur in
teritu, vivi enim absorbentur à terra, atque inaudita in eam
horam poena cum corpore & anima descendunt in infernum.
Cūm enim Moyses rebellionem audiisset pronus cecidit &
oravit, cui Dominus sententiam decretoriam evulgandam
promisit: si consuetus morte interierint, non misse me. Do
minus: sin autem novam rem fecerit Dominus, ut aperient terra os su
um deglutiatur eos, & omnia qua ad illos pertinent, descenderintq; uen
tes in infernum, scietis quod blasphemaverint Dominum Num. 16
v. 3. ita factum est, dehiscente enim repente terrā, non mo
dò tres nebulones, sed omnis una familia interiit. Justissime
Deus! cur ita? quare gladio non intereunt sicut zambri
& vituli adoratores? cur lapidibus non obruuntur sicut A
chan & violator Sabbathi? cur patibulo non appenduntur
sicut Scortatores cum filiabus Madianiticis? cur ab igne
non devorantur sicut filii Aaron? cur ab ignitis serpentibus
non mordentur velut maraurones in deserto? respon
det Isidorus: ob temeritatem audaciam terre compagibus rupiis visi
absorbentur, nec sanguinem dures sed omnes complices & factores au
gurantur.

Dominica IV. post Paschā.

32

qui preparat ultione peribunt. nimis ut Augustinus monet:
vicerit semper iniquitas iniuriam facienti.

Joannes Baptista maximus justitiae zelotes (pro qua san
guinem & vitam posuit, dum illicitos arguit thalamos: non mor
bi habere uxorem fratris tui) vox clamantis appellatur,
cum tamen non clamaret eo tempore verbum, quo Joan
nes tonabat in sceleratos, & ingenti cum libertate Regum,
Sacerdotum, Princepum iniquitates reprehendebat. Quis
ergo clamabat tacente verbo, ejus se vocem vocat Baptista?
Justitia clamabat, inquit Sylveira, quæ tacere nescit, quia er
go justitiam Joannes zelabat, vox dicitur esse clamantis.
Magnus enim verò justitiae clamor est, ut patet in sanguine
Abelis vindictam clamante, in sudore afflictissimi Istraelis
sub iugo Pharaonis decumanas plagas exigeat, in clamore
Susannæ contrainveteratos malorum senes talionem posiu
lante: exclamavit vox magna Susanna: exclamaverunt autem &
senes adversus eam Daniel 13. v. 24. in quæ verba Hieronymus:
magna vox erat non clamore fancium, sed pudicissima magnitudine per
quam clamabat (Susanna) ad Dominum: unde & Sancta Scriptu
ra in exclamatione seniorum non apposuit magnam vocem. Clamet
injustus vox etiam leoninæ, non erit tamen vox magna &
ullatenus comparabilis illi, quem in divinis auribus edire le
vissimus quisque gemitus ex corde injustè oppressi emissus.
Timete peccatores injusti, quia vox vacua non revertetur.
led tonitrua & fulmina in caput vestrum denique accenser
tagna vox iustitia exclamat D. Paschalis per quam mortui lo
quuntur, non sollem loquuntur, verum etiam sicut Abel clamant, ad lib. 4.
Quos ego clamores irophresco, contremisco, obmutesco.

PHI:

PHILIPPICA XXXII.

In oratores haud moratos.

DOMINICA V. POST PASCHA

Amen Amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Ioan. 16. v. 23.

S. 1.
Varia causa
cur non sem-
per audiantur
precet.

Audio insanum, nè dicam blasphemum atque sacrilegum nonnullorum murmur, qui quid postulata actum non impetrant, pietati divine dissidunt, imò & veracitatem infimare nefariè præsumunt, cum impudentissimo hæresiach, germaniz nostræ probro & monstro sacrilego, cuius fine lutulatione nomen per os meum proferri non posset, dicere auso in ps. 44. interpretatione: *necessæ est Christum his summe esse mendacem.* Ô vox omnibus fulminibus digna! Ô lingua cui excarnificandæ omnes tartari rotæ ac rogi non sufficiunt! Ô blasphemia nec à Beelzebub, aut si quis hoc negat, quid in ore dæmon est, audita? quid? veritas ut fallat, sapientia ut errer, Bonitas ut corrumperat, Christus ut men- tiatur? nescio utrum Antichristo aut hujus parenti simili in mentem & buccam ventura sit insanía. Irrefragabilis est incarnati Dei nostri promissio, dum ab homine supplice præscripta observetur conditio. multi multa sibi petunt, vi- dentur & nihil petunt, quia saluti sue noxiū, gloriæ divine infestum, universitati humanae propositum, & nonnunquam adynaton petunt, nec petunt Patrem sed hostem, sed judicem, sed vindicem, sed imaginarium tyrannum, neque petunt

in nomine Salvatoris, cùm petant contra rationem salutis. Denique nec petunt quidem, eam enim in ornando præsefent irreverentiam, ut expostulare potius & improperare Deo, quām gratiam aliquam serio postulare censendi sint. Ut enim distractiones in peccando raceam, contra quas Cyprianus Ambrosius Chrysostomus detonuere: quomodo se audiri à Deo postulas, cùm te ipse non audias? via esse Deum memorem cuius cùm regas, cùm tu ipse memor tui non sis. S. Cyprianus in expos. orat. dom. plerumque negotiator venit ad orationem, & avaritia de pecunia cogitat alter de incro, alter de honore, alter de cupiditate, putas quod eum Deus potest audire? S. Ambrosius lib. 6. de Sacram. quis cum terreno Rege loquitur, de ijs tantum verba facit, de quibus illa voluerit audire: tu vero cum Rege Regnum colloquens, cuī cum horrore serviant angels, omissa cam illo sermone de luto, de pulvere, de telis aranciarum loqueris, nihil enim aliud sunt huius vita negotia: & quomodo saepe huius vita negotia: & quomodo huius contemptus pœnam? S. Chrysostomus hom. 15. in illud: vidi Do- minium, ut inquam nihil de distractionibus dicam, quæ orationem irritam reddunt juxta tritum illud: ante Deum stan- tes nè suis corde vagantes, si cor non orat, in cassum lingua laborat; contra irreverentiam duntaxat agam multorum, qui eam contraria divina Majestate inter orandum adhibent rusticita- tem, quam neque vilissimus Rusticus à miserrimo mendi- cabulo tolerat. Si irreverentiū nonnulla fortasse profer- te visus fuero, nè umbram tamen illius, quam Deo haud mo- tati oratores inferunt, irreverentiae attingam.

S. 2.
Orationis na-
cessitas ex Chry-
sostomo.

Quod radix arbori est, quod basis ædificio est, quod ner- vus humano corpori est, quod aqua pisci est, hoc est judice D. Chrysostomo, oratio hominibus. ita enim orator aureus lib. 2. de orando Deo loquitur: si te ipsum oratione defuisse, perinde feceris, ac si piscem ex aqua exiraseris; ut enim piscis vi- debitis, ita in aqua tribulationis, beneficio orationis fortis

Israëlite & Iona & Noë, debiles verò Pharao; & observavit S. Cyprianus lib. de dupli martyrio, eos potissimum in tormentis martyres turpiter defecisse, qui orationem negligebant. Novi ego ac flevi quosdam magnā animi fortitudine prædicatorum, qui iam corona proximi defecerunt, & quem diu profecti fuerant, abnegarunt. quid fuit in causa? dimoverant oculos suos ab eo, quis fidelis robur dat infirmis, intermisserant orationem, & cœperunt ad humana præsidia respicere. Nervus est oratio, sicut enim nervis corpus compingitur, ut stet, curvat, moveatur, sic & oratio & robur & vigorem præstat actionibus. audiatur Chrysostomus lib. cit. quem admodum si incidat nervos, universam corporis humani harmoniam dissolvet, ite si orationem sustuleris, anime omnes & actiones perdas, incisus est Jacobo Patriarchæ nervus, & superatus est, cùm antea insuperabilis fuisset, ita insuperabiles sumus, quamdiu nervus orationis in nobis vigeret.

*B. 3.
Reverentia
necessaria
ratione.*

An non sufficit orare, nisi bene oretur, nam juxta Canonem Jacobi doctrinam c. 4. v. 3. postis & non accipit, & quod male petat, male petit, qui distractè irreverenterque petit, idoque ut moneret. 16 in ps. 90. Bernardus: meritis non exauditur, rapide postulans & remissè, ut autem reverenter agat, inter primordia orationis ipsum, quem oraturus est Patrem in celis esse protinus admonetur. at quomodo dicis: Pater noster, cùm nullam Patri deferas reverentiam? quomodo dicis: sancti fuisse nomen tuum, cùm nomen regis Sanctorum profano usurpatur? quomodo dicis: advenerat regnum tuum, cùm recta ad tartara properes? quomodo dicis: fiat voluntas tua, cùm discivis vino placito semper obnitaris? quomodo dicis: Panem nostrum quotidianum da nobis, cùm eam non adhibeas modestiam, quam à pauperibus tu exigis? quomodo dicis: & dimitt me debitis, cùm nova debita contrahas inter ipsas preces? quomodo dicis: & nè nos inducas in tentationem, cùm perievo te distractionum volens sciens exponas? quomodo dicis: libera nos à malo, cùm ultrò affectes malitiam & locum des diaboli?

diabolo? non est talis oratio sicut incensum ps. 146. sed sicut balitus pestilens. si aversaris eum, qui fœtido te afflat hastu, quantò magis te aversabitur Deus, si in contemptum potius ejus quam cultum irreverentissime ores. Narrat in speculo exemplorum Joannes major tit. orat. duos in lectulo orantes, ut calidam Deo offert orationem, irritos insigniter à dæmonе fuisse, qui intolerabili cubiculum fœtore affectit, & acroama suum adjecit: qualis oratio tale incensum. fuit quidem orationem dæmon, sed ferventem reverentemque sceleris Spritus. si nos conspergerint deprecatione munitos, illicò resiliunt non aliter ac prædones & facinorosi, ubi conspicunt milium gladium vibrari. quodsi contingat aliqua esse nunc precatio præfato, hic avulsus deportatur à dæmonibus & in calamitates variq[ue] mala impellitur. hæc Chrysostomus lib. i. de orando Deo.

*B. 4.
Preces pa-
perum exau-
ditidicatur
cur*

Est fateor Deus ad exaudiendum tam pronus, ut desideria ipsa præveniat: desiderium pauperum exaudiuit Dominus ps. 10. v. 17. pauperum inquam, quia magna cum reverentia & fervore orant. cum obsecrations loquitur pauper proverb. 18. v. 27. dicatur cæco quod Rex adster, mox ad modestiam se componet, et si præsentem non videat &c. si fervor & reverentia absint, inexorabilis redditur Deus: nos inique egimus & ad iracundiam provocavimus, iesito in inexorabile es, oppressisti nubem tibi, nè transeat oratio thren. 3. v. 14. Non munit irreverens oratio contra hostes, sed hostibus obicit, non reprimit dæmones sed accersit, non vincit Deum, sed ad iram provocat. Dixerit Justinianus Imperator in novella constitut. 139. imperium, militiam, agros ipsos & quidquid habent homines laiculares per orationem conservari sanctorum; pronunciavit Honorius Imperator imperium Romanorum ruere, sedflare precibus Sacerdotum, non tamen quascunque preces intellectus, sed illas duntaxat, quæ sunt similes Moysis precibus in monte contra Amalekitas expansis brachij orantis Exod. 17. vel cùm Deo manus teneret, nè sayret in popu-

PHILIPPICA XXXII.

Ium, ita ut diceret Deus: *dimic me, in Chaldeo eit: iiii
viii deprecationem, ut irascatur furor meus.* reverentissima cer-
tè fuerit oratio, quæ sic tenere ac flectere potuit omnipot-
tentem, eleganter Bernardus dixit: *si non placet non placet;* si
non placet oratio, divina nequaquam placabitur Miseratio.

*Sicut legatis
debet esse po-
tis, ita & o.
ratio.*

Est oratio legatio hominum ad Deum, quæ ut ad beni-
tas admittatur aures, politissima sit oportet. noluit admis-
tere proprios legatos in conspectum suum David, cò quod
veste truncati & capite rasi essent ab Hanon Ammonitarum
Rege 2. Rege 10, non admisit ullum Assverus qui saccu-
ditus esset Ebb. 4, non est ductus in conspectum Pharaonis
Josephus, priusquam tonderetur & decentissimè vestiretur
Gen. 41, non admittetur pariter ante Deum oratio nostra, si
ineulta sit, & ut sic dicam impexa & illota. Solvere jube-
tur Moyses calceamenta de pedibus Exodi 3. lavare vesti-
menta populus antequam descendenter Dominus in Sinai
Exodi 19, ut exteriori habitu ac gestu interiore docen-
tur irreverentia munditiamque, quâ præditos nos esse decen-
tiores ad orationem admisus. Oratio per novam adumbrat
ur Hierusalem, quam ait Joannes Apocalypticus *calo di-
scendere, quia orationis donum desursum est, & per humili-
tatis virtutem descendit, ut ascendat, à Deo paratam, quia or-
ationis puncta ipsem Spiritus Sanctus suggerit, ornata m. f.
eue spansam, quia comptam politamque esse convenit, ut al-
tissimo placeat.* Modesta precatio mirum quantum Dei o-
culos auresque attrahit. Deus enim ut Philo loquitur lib. 1. de-
vit. Moysis, modestia delectatur. multum verecundia placet, in-
quit D. Ambrosius 2. offic. 18. multum conciliat gratia a-
pud Deum. nonne hæc prætulit publicanum & commen-
davit eum, qui nec oculos audebat ad coelum levare? pra-
fertur publicanus Pharisæo, adulter casto, raptor munifico,
injustus justo, præfertur inquam ob modestiam, de quo ele-
gantur

Dominica V. post Pascha.

37

bantur dixit Bernardus serm. de 4. modis orandi: *vim faci-
bus regno calorum publicanus ille, qui dum non audebat oculos in ca-
lum levare, ipsum etiam ad se posuit inclinare.* & Augustinus serm.
36 de verbis Domini: *publicanus ut officeretur non officiebas.*
repicere sanum non audebas, premebas conscientia, spes sublevabas.
& quæ illa spes? ex cap. 21. v. 29. Jobi petita: *qui inclinare.*
ni scutes, ipse salvabitur. nimurum dives est apud Deum mode-
ritas apud quem nemo dives, dives est.) quia portio Dei est,
ita D. Ambrosius in ep. 1, Petri c. 3. v. 4. Pythagoræ mo-
natum erat: *nudus pedestris sacrificia.* quod sacerdotes veteris
legis servabant, nec nisi nudipedes litabant; Mauri etiam.
nom & Saraceni non nisi pedestibus nudis templo sua obreve-
rentiam ingredinuntur. nobis (dicebat) *Ethiopæ legatus Za-*
bazago apud Goensem Damianum in nobis non datur pote-
tias accundi templum, nisi nudibus. neque nobis licet
in ipso ridere, loqui, obambulare: quia templo similia sunt
monti Sinai, ubi Dominus Moysi dixit: *solve calceamenta
de pedibus.* at nos involuerat carnallium cogitationum (ita
calceos exponit Bernardus) non modo non deponimus o-
S. Bernardus
serm. 15. in
Apocal.
raturi, sed ultra assumimus & duplicamus, nunquam ferè
magis mundanis curis dediti & in variis distracti, quācūm
precies ad Deum inchoamus. non est qui cum eodem Ber-
nardino dicat limini Ecclesiæ vel oratori sui: *cæteras meas
curas tibi committo, hæc me curæ liberaverim.* non est qui
cum Cornelio centurione stata orandi tempora habeat A&t.
10. de quo eleganter Chrysostomus: *Cornelius vita religiosa se-
bi tempora consumuit, non enim est vir pius, qui stata orandi & bonis ope-
ribus vacanti tempora non prefigit, & hinc est, quod Angelum
Cornelio adstitisse Lucas testatur, quia devote orantes nun-
quam absque angelis sunt. quando orabas cum lacrymis, ego ob-
tuli orationem tuam Domino Tob. 12. v. 12.*
Dixi & repeto orationem nostram esse legationem, quæ
nisi compia & polita sit, furorem non favorem, supplicia

c 3

non

PHILIPPICA XXXII.

38 non beneficia, r̄sum non applausum metebitur. Risit Cato Censorius, teste Plutarcho, cū tres à Senatu Romano in Bithyniam designatos oratores intueretur, quorum alter à vertigine, alter è podagra laborabat, tertius vecors tertium è bello profugrat; præclarus, inquietus Censorius, Republicæ nostre legatio, quæ nec caput, nec pedes, nec cor habet; talis plerumque nostra ad Deum est oratio, capite caret, quia nescimus ipsi quid petamus, corde caret quia fervore omni destituta est, pedibus caret, quia reverentiam necessariam non habet, sed truncata est atque rustica. Narrat Albertus Grantzius Legatum italum crudeliter à Moisèvitarum principe fuisse interemptum, quod coram eo caput non nudasset, sed allegata conivetus in patriâ pilculo aperto posito perorasset. efferus enim princeps ferreo clavo tegumentum cerebro affigi jussit. irritatus asperens, se ritum iusmodi tali memoria non violaturum, sed confirmaturum, si tantos honores terreni exigunt principes, quantâ reverentia regi sacerdorum immortali nos adstare decet, coram quod dominationes. Potestates, Cherubini, Seraphini contremiscunt, totique ad reverentiam compositi assistunt? ab aula regia similitudinem petit Chrysostomus: *aulas regiam intraverunt & habitu & oculis & incessu cunctuq; alijs te componis & adorans; in Ecclesiam verò ingressurus, ubi verè est aula regia & talis qualu& celestis est, rides. non rideres, si quod vidit Chrysostomus, videbas de quo D. Nilus Abbas epist. ad Anastasium Episcopum scripsit: cum capisset Chrysostomus Sacrificium, plurima fiam ex illis virtutibus è calo descendentes, stolis inducta splendissimis nudis pedibus, intentus oculis prona altari, magno cum silentio & reverentia, quoad venerandum illud mysterium explicum fuit circumsteterunt. Sicut reverentia coram Deo nostro agunt angeli, quid nos viles homuli, nos terre vermiculi, nos canes mortui cogitamus? si quis pedes ius sacerdotis sordidat manibus supplicando iungeres (vera sunt Oratoris aucti hom. 52, in Matth.) non*

S. Chrysostomus:
hom. 15. la
ep. hebr.

Dominicā V. post Paschā.

39 non modo non exaudires, verū etiam calcibus expelleres, quemodo iugur audes tu hoc modo Deum orare? nam qui orat quasi manus linguis minit, que genua Dei supplicando attingit.

¶ 6.
Reverenter &
rare non tan-
gum à viris
santius, sed à
brutis anima-
libus doceamus
Discant itreyerentes oratores à bene moratis aulicis o-
tates, ut exaudiri mereantur. David septies in die laudem Deo dixit, mediâ nocte ad confitendum Domino surrexit, & quo putamus situ? adhuc paumento anima mea. ps. 118. v. 25. Daniel, in aula Regis tet de die horis statutis genua ac-
lit Deumque adoravit Daniel 6. v. 10. Salomon utroque posito genu fervore maximo, preces obtulit 3. Reg. 8. v. 54. utrumq; enim genu in terram fixerat & manus expanderat in cælum. Reges in Bethleemī stabulo præsidentes adoraverunt. orat. Stephanus positis genibus Act. 7. orat Paulus in littore po-
nens genibus Act. 21. orat Petrus pro defuncta Thalita potius genua Act. 9 Bartholomæus Apostolus centies de die, aliquæ nocte genua flexit, quod & Martha & Apollonius alijque præfiterunt. Jacobus Alphæi callum velut camelij pulvrem confraxit: hoc nimis est apostolicè aulicè que orate, genua reverentissime submittere, ut benignè nos aspi-
cias, qui humilia respicit & suscitat de terra inopem, de-
sed quia ego Reges Apostolos haud in oratis oratoribus in exemplum propono: ab irrationalibus bestiis discant gene-
nas facientes, cum presentem in præsencia Eucharistie & oran-
tiu& est, nè brutis omnibus audiant brutores. Asinus Di-
vi Antonij Paduani, ovicula Seraphici Patriarchæ Francisci, lupus landi sibi. Præfulis Norberti, agnellus Coletæ virgi-
nis, canis Iudeo Artocreati bispani (de quo mira Nirem-
bergus) longè maiorem in templis modestiam reverenti-
zum que præfulere quam haud morati nostri oratores. Bo-
torum & alellum in genua ad Bethleemiticas cunas submissos
considerat Ambrosius & exclamat. irrationalia animal per re-
s. Ambros.
sonitatem recognoscit, quod per naturam ignorat, & addit: sancta est 1. 3 de virg.
immobi-

40 PHILIPPICA XXXII.

immodestia hominum, ut pleriq; deferre nesciant religioni, quod diffi-
runt voluptati in gratiam obsceneissimæ alicujus lupæ genua
flectere non pudet, ad pascendam commodius oculorum cu-
riositatem genua flectere non piget, ad lambendam cum re-
probis Gedeonis militibus aquam genua flectere non redet,
sed ad Deum exorandum genua flectere, pudet, piget redet,
deferre nesciunt religioni, quod deferunt voluptati. O pro-
brum! O dementia! O seculus!

S. 7.
*Cerreta et
rimonia ad
bibentium
egorandum.*
Pudet ergo multos inter orandum manus ad cælum le-
vare, pudet genua flectere, pudet impudentes non esse; at
pudet vicissim bonos angelos, oratores ejusmodi bono occu-
patione contueri, pudet preces eorundem ad thronum miseri-
cordiz deferre, pudet impudentes hosce canes in coetu San-
ctorum & viventium numero tolerare. quid? manus ad
cælum tollere Christianum pudeat? omnes homines, inquit e-
thnicus Aristoteles I. de mundo c. 7. ad cælum manus tollimus
preces facturi, auditis hæc Christiani? omnes homines ad cælum
manus, in numero ergo hominum non estis Arikoteli, si
preces facturi manus eleuare dignamini, quodsi in ho-
minum numero censendi non estis, dixi iam quorum vos
numerem in grege, impudentium scilicet canum, qui quia
aliros templum ingredi vident, ingrediuntur & ipsi, & qua-
les intrant, tales excent, verbere & stimulis digni: foras ca-
nus, omnes homines ad cælum manus tollimus preces facta-
ri. vultis causam? Xenophon eam dedit lib. 9. Cyropedias:
manus sustulimus in cælum, quo habitu testamur nos ut orationem tan-
quam munus iucundissimum Deo offerre, vel cor quasi donum eximium
tollere ad Deum, paulò aliter Tertullianus apolog. 30. pa-
ratus est ad ovone supplicium ipse habitus orantis Christiani, quasi dicat:
neccle aut plectre si vis, aut certè nos serere, elevationem manuum
requirit Deus thren. 2. v. 19. effunde sicut aquam cor tuum an-
ticipatum Domini, leva ad eum manus tuas. si manus levare ne-
gligis, vereor nè quod Nicolaus Papa ad consultat: Bulga-

Dominica V. post Pascha.

41
torum scripsit, servo reprobo similis sis, cui manus pedes-
que ligantur, nè supplices tendere palmas, vel pedibus Do-
mini sui accidere possit ad clementiam auecupandam. Ma-
nus levanda & flectenda sunt genua, quia sic jubet & impe-
rat Dominorum Dominus: mihi curvabuur omne genu. non Is. 45. v. 24.
simus elephanti, qui genna curvate nesciunt, sed camelos
potius imitemur, qui subsidunt in genua, cum onus susci-
piunt; nos honores & favores divinos suscepturni curve-
duri, & ad terræ usque pulverem humiliem ut Abrahami
patriarchæ exemplo, qui pro Sodomitarum salute oratio-
nem oblaturus tale cepit exordium: Leguar ad Dominum cum
sim pulvi & cinis Gen. 13. meruitque ab incendij & incine-
rationis periculo fratreuelm Loth cum emni familia eli-
berare. Elias ut penetraret oratione suâ nubes, prorus in
terram posuit faciem suam inter genua; Reg. 18 eundem
videlicet stigm adhibuit, quem infans in utero tenet teste
Aristotele I. 7. c. 8. de animal. homo in semet conglobatus sic
gestatur ut nasum inter genua, oculos super genua, aures extra ge-
nua habeat, quasi eo gestu ex naturæ instictu auram vitalem
ab authore naturæ exoraret.

Abrumpo dictioñem, & ab oratorum moratissimo Au-
gustino breviulam illam reverentiâ quam maximâ creber-
timè repeti oро horrorque orationem: Deus universitatis con-
silio, praesta mihi primum, ut bene te rogem, deinde ut me agam da-
num, quem liberet, postremo ut liberes Amen.

S. August. in
soliloquio.

PHI-

PHILIPPICA XXXII.

In contemptores Anathematum
Ecclesiasticorum.

DOMINICA VI. POST PASCHA

Absq; Synagogis facient v̄is. Ioan. 16. v. 2.

*g. 2.
Quid sit ex-
communicari.*

CVM neque tabernaculum Domini, neque templum solymænum iudæos omnes capere posset, synagogas extuere in singulis suis oppidis cœperunt iam inde à judicium temporibus, paulò post ingressum H̄bræorum in terram Chanaam, & Solymis quidem in devastazione urbis numerabantur Synagogarum 480. extra quas telegari ac prescribi idem erat, quod anathema fieri, & publicanis ethnisque aduenerari. Ejectionem hanc Christo adhuc superstite intentare perfidi iudæi ausi sunt omnibus J E S V allelis, teste Ioanne in historia cœciani, Celidonij dicti, c. 9. v. 22. ian enī conspiraverant iudei ut si qui eum conficeret esse Christum, extra Synagogam fieret. & 34. & eiecerunt eum forū sed invenit eum Dominus templi, ait Chrysostomus, ideoque dixit: *ego sum ostium.* Patum est à Synagoga proscripti, que & ipsa iam proscripta æternoque anathemate est fulminata; horrendissimum autem est extra Sanctocum communionem fieri atq; ab Ecclesia Catholica condemnari, rejici, anathematizari. Quos anathematismos cùm à nonnullis flocci fieri non ex vano suspicer, insensatam hanc malitiam præsenti dictione perstringam.

Excom-

Dominica VI. post Pascha.

*g. 2.
Excommuni-
catione potes-
tatem habet.*

Excommunicandi potestatem Apostolis à Christo tra-
xit etiam describit Matthæus c. 18. v. 18 ubi cum Dominus di-
xisset: *quid si Ecclesiam non audiabit, sic tibi sicut Ethnicus.* hoc est
separetur & excommunicetur ab Ecclesia, sicut putre mem-
brum à corpore absinditur, sicut putre pomum à cumulo
abicitur, sicut scabiosa ovis à gregie separatur; mox sub-
iungit: *Amen dico vobis, quacunq; alligaveritis super terram, e-
runt ligata & in calis, quibus verbis Chrysostomus, Hilarius,*
Augustinus potestatem excommunicandi intelligunt, quā
innodati non sunt divinorum mysteriorum consortes, neq;
indulgentiarum capaces, nec precum & benedictionum
participes, quæ pro fidelibus in orbe utroque, horis & mo-
mentis omnibus jugiter offeruntur. Quodsi codem alligati
anathemare ex hac vita discedant, lepulturæ honore spolia-
ti, sepulturâ asini ex æquo sepeliuntur, & suffragijs omni-
bus militantis Ecclesiæ privantur.

*g. 3.
Excommuni-
cationis pro-
totypon fuit
Ficulnea are-
facta, expon
ludae suffren-
sua.*

Excommunicationis typum exhibuit Salvator in ficul-
nea arefacta, quam ob foliorum abundantiam, fructuum
etio penuriam anathemate percussit. nunquam ex te fructus
nasciuntur, & arefacta est continuo ficulnea. Matth. 21. v. 19. quis
videat Dei flagellum, inquit Doctissimus Baëza, ad insensi-
biles creaturas pervenire, & non vereatur? arbor in fru-
tis perdurare? arbor anathematis vim atque efficaciam
persentit, & homo non sentiat, non paveat, caveatque?
ab arborum excidio homines eruditivit Ioannes Baptista
cum dixit: *securis ad radicem posita est, omnis arbor non faciens
fructum eradicabitur, quasi efficacissimum ad immutandas ho-
minum mentes remedium sit, stragem arborum intueri.* Si.
militer & Salvator in ficulneæ excidio, deterrere homines
voluit ab anathematum contemptu, quorum efficacia o-
mnem divinarum gratiarum, humanorumque suffragiorum
succum & vigorem perdituri essent; nec nisi inutiles trunci
solisq;

solisque gehennæ ignibus apti futuri, ex ampli arborum corripit
Cinquit de Ioanne & Iesu Cartyologus serm. 37. 10. i. e. m. 110
mores soliū, sed ipsim naturam possit venenosū germinis immutare
immutet urinam perversissimam multorum naturam nec
ficalneæ illata strages atque excidium. Si queras cur fical-
nea potius quā n alia arbor anathemate sit percussa, respon-
debit Theodoreetus. Isidorus Pelusior & Gennadius in Cat.
Lippomani, quia sicut scandalum fuit primis parentibus, ex
qua fructum vetitum comedenterunt, atque de folijs eiusdem
perizomata sibi fecerunt, ut videre est Gen. 3 v. 7. nimis un-
scandalosi excommunicationis periculo proximi sunt. Alij
autem ideo ficalneam maledictione fulminant, quia
prævidit sapientissimus Magister ex eadem arbore intra
quintiduum Judam longam fore litteram. ex hac enim ar-
bore crepuscile proditorem canit juvencus & consentit ve-
neranda antiquitas:

Exorsuq; suis liques sibi semere præmis.

In forno rapuit sibi de vertice morem.

O par nobilis ficalneam & Judam, quorum hic excom-
municatorum vivum ectypon, illa prototypon. Anathe-
mate Judam ferire visus est Jesus, cum cænaculo gran-
strato exesse jussi, & ab Apostolorum caru segregavit quod
facias fac ciuius. & quid fecit separatus à Jesu & Apostolis
proditor? seipsum sui fecit carnificem, arduisque in fical-
nea fructum. acuē de Iuda Augustinus hom. 27. ex 33.
quod in corpore suo fecit: *hoc factum est in animo ipsius. Quomodo*
qui sibi collum ligant, inde se occidunt, quia non ad eos intrat spiritus
æteris scilicet (qui anathematis reatum incurvant.) intus se/su-
focans, ut eos spiritus Sanctus visitare non possit. Periit judas inter
cælum & terram, quia proditorem, ut Bernardus loquitur
ser. 8. in ps. 90. nec cælum recipere, nec terra sustinere
volebat, ita cælum inter terraque pendent, quorundam
censuræ Ecclesiastica suspensi, vel à fideliū cætu segregati

gati sunt, nec cælo digni nec terrâ. At redeamus ad
ficalneam.

Similem potestatem, quam exercuit in ficalneam JE-
sus, exercuit S. Wolstanus in Nucem, quam, cum Elsius
comes in Anglia excidiū è cæmetorio noller, excommuni-
dicavit eam Episcopus, quæ radicis momento exaruit te-
ste Surio 15 Januarij.

Seraphicus Patriarcha Franciscus Caleni in Campania
luniperō maledixit, quod Frater luniperus plantandæ ar-
bore intentus morulas in obediendo fecisset, & continuo
exaruit.

Ludovicus Granatensis proceram populum Vallisoleti
prope S. Magdalene ædem vidit, in quam latro argenteum
vas fottè deposuerat, ignarus autem loci Curio apud quem
delitesceret fuitum, excommunicationis sententiam in il-
lum tulit, quicunque vas argenteum haberet; & ecce po-
pulus arescere ex templo cœpit, in qua cùm aliquando ar-
gentea supellex reperta & exempta fuisset, vigori de-num
suo infelix arbore est restituta. En ut arbores anathematum
rigorem pertinentiant & homo, qui arbor inversa dicitur, vi-
lipendat atque irrideat? sentiet aliquando. sentiet, quan-
tum sibi metipsi author malorum extiterit, cum anathe-
matum fulmina contempsit; quemadmodum senserunt
Philippus Rex Gallæ, Leopoldus Dux Austriæ, Henricus
Romanorum Imperator, quorum utinam saperemus damno,
& crudiremur exemplo.

Philipus pulcher Rex Gallæ ob spretam excommu-
nicationem ab apro disceptus est, ex tribus filijs hæres
nullus progenitus quin & uxores eorum omnes adulterij
suspectæ & duæ convictæ sunt, quem familiæ serenissimæ
cum infamia interitum in contempti anathematis supplici-
um sapientes omnes retulerunt.

Leopoldus Dux Austriæ anno 1194. ob Richardum Re-

5. 4
Vim excom-
municationis
senserunt ar-
bores, mulie-
bres, magi-
bres.

gem Angliae captum excommunicatus à Cælestino III. cum contemneret excommunicationem, varijs flagellis attritus est: civitates enim omnes succensæ & incineratæ sunt auctore incendij nusquam reperto; deinde ex inundatione Danubij decem millia hominum submersa periæ. Preterea fruges omnes in vermes conversæ cladem incredibilem intulerunt. Denique nobiles plerique extinti supremum mortalibus documentum dederunt: discere justitiam, & non contemnere divos.

Henricus IV. Imperator ob persecutionem duobus Romanis Pontificibus illatam excommunicatus, à proprio filio imperij honoribus spoliatus, ante Ecclesiam B. V. à se dedicatam Spiræ mendicare coactus, famâ, nuditate, & eruminis omnibus confessus animam egit, nec nisi quinto post anno humatus est.

O quam bene scripsit Theodoretus in c. i. Timoth. ab ecclesiastico corpore separari, & divina gratia nudati ab adversariis crudeliter flagellantur incidentes in morbos & difficiles afflictiones & alias calamitates. Quod de Israëlitico populo dictum est, & de excommunicatione repeto: non poterit Israël stare ante bellis suos eosq; fugiet, quia pollutus est anathemate Ios. 7. v. 12.

S. 5.
Via eadem in
defundos di-
manat Matth.
Rader. in Vi-
ta.

Quid? quod defuncti virtutem excommunicationis re-
veriti mortales suo instruant exemplo, quanto tacer aña-
themata metu & honore sint prosequenda. S. Gothardus
Hildesheimensis Episcopus contumaces quosdam subditos
frustra saepius monitos anathemate ferit & tremendi fa-
cificij tempore excesso Ecclesiam jussit; resistebant illi impa-
denter, & pedem movere loco detestabant, cum ecce pri-
dem sepulti, & anathemate nondum absoluti surgunt de
tumulo, tumbam arripiunt, templo egrediuntur, quos re-
fractarij illi pudore suffusi & gravius aliquid metuentes
subseqvuntur. hic Præsul acri philippicâ contumaces per-
frinxit, quibus mortui essent obsequientiores; mortuos
porrò

porrò censurâ abiolvit, qui cervicibus Gothardo inclinatis ad suum quisque tumulum redire. Viris fœminas jungamus. D. Benedictus teste Magno Gregorio l. 2, Dialog. c. 33, garrulas quasdam fœminas silere jussit inquiens: corrige linguam vestram, alioquin ex omni unico vos: illæ nibilo meliores factæ paucos intra dies fatis concessere in ædibus sacris sepulcræ. Verum quoties deinceps tempore sacrificij Dia-
conus pro veteri instituto solenne illud verbum proferebat: si quis non communicat, dei locum: surgere de sepulchris, & exire templo visæ sunt, donec mitericordiâ motus Benedi-
ctus anathemate easdem exolvisset ut in pace & communi-
one sanctorum cubare liceret. Discant à mortuis vivi ex-
communications non contemnere, nè brevi inter mortu-
os tentiant, quād durum sit à morte, insenatum fuisse in
vita.

Discipulis ad prædicationem à Christo missis hoc præceptum Salvator dedit, ut si non recipierentur, desererent urbem: excutite pulverem de pedibus: cur pulvis excutitur? utræ causas accipio ex D. Hieronymo, Augustino q. 7. in Matth. & Ambrosio in c. 9. Luc. ut indicetur homines e-
iusmodi esse impios descriptos in ps. 1. tanquam pulvis, quem
progeni venius à facie terra deinde ut nihil sit, quod miseri-
cordiam Divinam interpellet pro illa civitate, si enim vel
pulvis adhæreret, adhuc gratiam invenirent, nec enim ha-
bitus frigidæ tantum, sed & pulvis terræ Apostolo datus pro-
ficit datori; sed excutite pulverem quasi impium, ut con-
ficiet eos esse anathema, nec vos quidquam cum execratis il-
lis habere commune.

Excommunicationis potestas gladius ille est, quem Christus, qui gladium venit mittere, commisit Petro, quo usus etiam Paulus est I. Cor. 5. indicavit tradere huiusmodi Sa-
thana interitum carnis, dicuntur Sathanæ tradi; quia extra so-
ciatem Christi & communionem Ecclesiaz parent dæmo-
num

¶ 6.
Cur apostoli
pulverem ex-
cuterentur.
Matth. 10.
v. 14.
Marc. 6. v. 15.
Luc. 9. v. 5.

nū incurribus, nec raro in corpore possidentur, & excarnificantur a dæmone. Narrat in vita S. Ambrosij Paulinus, quod cum sanctissimus hic præsul sceleratum aliquem dicit. Ecclesiasticis devoyisset, eodem momento dæmon discepere improbum cœperit. quæ forte causa movit Theodosium Imperatorem, ut propter cædem Thessalonicensium excommunicatus supplicibus votis & lachrymis ab Ambrosio pertinat absolutionem.

Vbi hodie poenitentes Theodosios reperiāt, qui vulnus excommunicationis morte ipsa gravius ducunt. Theodosius enim ob cædem Thessalonicæ factam ecclesiâ prohibitus pronus corruist & pavimentum lachrymis rigans consolatorem suum Russinum in hæc verba, quæ Theodoretus refert, est affatus: o Russine tu mea mala non sentis, ego lamento, & gemo calamitatē meam: quia servus quidem & mendicantis & perte sunt templa Dei & proprium Dominum ingredientes tunc extirantes, mihi vero ingressus ad ea non est; insuper etiam eccl. mibi seclusa: quæ cum diceret, verba singula singultibus interpolabat, nec quietem nancisci poterat, dum anathemata per Ambrosium solvēretur.

Theodorez
hist. tripl. l. 9.
c. 50.

2. 2.
Quinam ipso
fæto excom-
municationā
incurrant.

Vt verò constet, quinam è Catholicis excommunicatiōnem ipso, ut ajunt, facto incurrant, brevem corundent syllabum adnecto. Anathema sunt quotquot magos vel divinatores adēunt, & in primum Decalogi præceptum gratiā viter offendunt, repetitur ter excommunicatio in jure Canonicō c. 2. q. 8. C. testimonium de testibus. c. si quis à nobis 26. q. 5. ut nullatenus dubitari possit verè excommunicatos, quieunque dæmonem invocant, eumque sibi constituant in Deum. anima que declinaverit ad magos vel arabi, ponam faciem meam contra eam & interficiam illam de mtdio suis. Lev. 20. v. 6. In Bullo quam Cœna vocamus vicena excommunicatorum genera recensentur, in quibus sunt lectores Ecclesiarum hæreticorum, percussores Clericorum, spoliatores

Ecclesiastum, usurpatores jurisdictionis Ecclesiasticæ vel fructuum Ecclesiæ, judices sæculares qui Ecclesiasticam tollunt vel turbant libertatem &c. specialiter autem complutum Pontificum & sacerdotum Conciliorum decretis acerbissimum anathema incurront, qui rancores suos duello dirimunt, contra quos jam anno 851 Concilium Valentiniū pronuntiavit: Statuimus iuxta antiquam Ecclesiasticā observationis mores, ne quicunque iam iniqua & Christiana pacis iniuria pugnare alierum desiderit, seu vulnerib⁹, dolib⁹ reddiderit, velut homicida nequissimus & latro cruentus ab Ecclesia & omnium fidelium eam separatus ad agendam penitentiam modis omnibus compellatur. Ius verò qui occisi fuerit sanguinis sui homicida, & propria mortie peneanem appetitor à Dominica oblatione commemoratione alienus, cadaver eius iuxta Sanctorum Canonum decretum cum Psalmis orationibus ad sepulturam deducatur. Super quibus duobus titulis proper funesta & borrenda animarum, vel etiam corporum exitia Christianissimi Imperatoris pietas sacerdotali munere nostrum supplicatione imploranda est, ut tantum malum à populo fidelium suis publici sanctionibus amoveat, &c. Apertissimè verò Concilium Tridentinum id prohibet in hæc verba: Deterstabilis duellorum usus, fabrisante Diabolo introductus, ut cruentia corporum morte animarum etiam perniciens lucretur, ex Christiano orbe penitus extirpetur. &c. Denique laudatissimus Pontifex Gregorius decimus tertius ad omnes Christianos etiam privatos voluit hanc prohibitionem pertinere, per bullam anno 1550. editam nono Decembris, quæ sic incipit, ad tollendam deterstabilitatem. Non est in duellis generositas Martia, sed stolida temeritas, non fortitudo heroë Christiano digna, sed furia ab hominidarum principe Diabolo excitata, certissima que gloria, sed plena probris macula, & posteritatis infamia; non est zelus justitiae, sed furiose indubitatum argumentum hærititiae, non est honor Regis aut Cæsaris, sed divinæ hu-

maneque læsa crimen Majestatis: homicidæ nequissimi & latrones cruenti sunt omnes duellatores; quorum corpora sepulturâ asini sepeliri in terris Christus judex per Ecclesiastam suam imperat, animæ verò in profundissimo gehennæ barathro absque omni controversia sepeliuntur. Vos ego; sed motos præstat componere motus.

*s. 8.
Timetum de
anathema.*

Caveat unusquisque non modo anathematis incurere reatum, sed nullatenus ijs consuescere qui censuræ innodati sunt, ne canibus, & ciconijs deteriores simus. canes enim ab excommunicato hero panem non acceptâsse restatur Petrus Dam. epist. 2. ad Hildebrandum Papam; ciconias vero ab excommunicatorum domibus nidos suos alio transiisse in vita Gregorij Romani Pontificis narratur. Excommunicato communicare, excommunicari est, sicut periculum amare perire, aut picem attingere inquinari. Malitiam maximè autem excommunicationis fulmen quilibet cordatus expavescat, nunquam non memor verendæ illius sententiae quam Augustinus scripsit: *excommunicatio anima supplicium. Pave & Cave ne sis anathema.*

PHILIPPICA XXXIV.

In scandalosos.

DOMINICA EADEM POST PASCHA.
Hac locutus sum vobis, ut non scandalizemini.

Ioan. 16. v. 1.

*s. 1.
Scandalum
non modo ca
bet Dei Deo
poco, Angelis.*

*S*i tantam cœlestis Magister discipulorum suorum curam gessit, ut scandalum non paterentur, quantum pro ijsde præ illo facieperit sollicitudinem, ne scandalum darent, cum hoc

Præ illo tanto sit deformius, quanto enorius censetur iniuriam, mortem, aut quodvis damnum inferre, quam illud fortiter ferendo superare. Certè nulli humanæ calamitati toties vñ Salvator dixit, quoties activo scandalo: *vñ mundo scandali, vñ homini præ quem scandalum venit Matth. 18. v. 7. vñ animi vobis scriba & pharisæi. Matth. 23. v. 13. 14. 15. 16. 23. 25. 27. 29. octies repetitum vñ, quia execranti octies sunt, quis voluntario alijs sunt offendiculo. Percurre universam Christi & Deiparæ vitam, & complices unum utriusque semper studium fuisse, ut neminem scandalizarent. Cur desponsatur Virgo castitatis voto illigata? cur de conjugatione Christus? ne in hujus natalibus scandalizari Juvenia prudenter posset. cur circumciditur Divinus Infans? purificatur Virgo puerpera? ut cujuscunque amoveant scandalum periculum. Cur didrachma Cæsari solvit Iesus? cur Iesum quinque sibis seu centum obolis juxta legem Mariae redimit? ut omnem impliant justitiam. omne scandalum evacuent. Imitantur Filius & Mater Patrem cœlestem, qui justitiae suæ vim quodammodo intulit & rebelles hebreos pestie ac gladio penitus non consumpit, ne forte superbirent hostes eorum & dicerent: *manu nostra excelsa & non Dominus fecit haec omnia.* Deut. 32 v. 47. Sic & cœlestis aula Principes Angelorum nihil non agunt, ut scandalum tollant; idcirco enim in manibus nos suis portant ne forte offendamus ad offensionis lapidem & scandali petram. Quam ergo de genlo Patrie Cœlestis & Filij ejus, Deiparæ quoque & Angelorum habent nihil, qui adversus filios Matris suis ponunt scandalum, omneque gaudium & lucrum suum existimant, cum scandalizaverint plurimos. Contra quos nescio quid dicam & quomodo, ut dicam sine scandalo.*

Vñ mundo à scandalis, si cœlum propter unicum unius Luciferi scandalum evacuatum est, quid mundo fiet, ubi plena scandalis sunt omnia, tantaque horribilis est malitia, ut necesse

*s. 2.
Scandalos
multiplex vñ
dicatur.*

51 PHILIPPICA XXXIV.

necessitatem venire scandala, sicut necesse est ex igne fumis ex fumo fuligine: ex fuligine atram maculam venire, vel sicut ex corruptione aëris pestem, ex peste mortem, ex morte depopulationem sequi necesse est. *necesse est venientiam scandala.* qui à princeps huius mundi, qui per scandalum seduxit Angelos, eodem medio omnibusque viribus sataget pervertere mortales: necesse est venire scandala ut probentur & coronentur electi, discernantur vero reprobii, scandalizari enim parvulorum & infirmorum, ex scandalo autem alieno proficere fortium & electorum est. sicut ex vicinitate allij proficit rosa, ex impetu ventorum proficit cedrus & flamma, ex vicinia spinarum candor lilij emitat. vix certus talutis signum est quam non perverti à perversis, non tumultari in malignantibus, non moveri quovis popularis auræ vento, atque scandalo. *necesse est venientiam scandala.* qui nimirum in vetitum semper, cupimusque negata, sicut infantes appetunt cultrus, & groti noxios cibos, phænaceti pro antidotis venena. Verumtamen va homini illi per quem scandalum venit, va ab Angelis! va à scandalatis! va à Christo, va ab æternæ Patre.

Angeli scandalosis va inclamat, quia hi eorumdem dulcem harmoniam turbant & fructum laborum impediunt, gaudent boni angeli super converso. va perversoribus qui vertunt citharam Angelorum in luctum! amat unusquisque Angelus magis clientem suum, quam mater unicum filium, aut minorem frater major, cum enim DEVUM intensissime amet, amat pariter clientem sibi à DEO commissum propter DEVUM, qui dilexit nos, adeoque magis sentit seduci eundem, quam sentiat mater, si vulneretur lethaliter filius, qui in sentiat frater major si conculceretur & strangleatur frater parvulus. Clamat custos Isaaci cum parentibus stringeret gladium: Abraham, Abraham non extendas manum tuam super proximum neque, facias illi quidquam Gen. 22. idem

Dominicā VI. post Pascha.

52
tibi Michaël Archangelus & proprius filius tutelaris quem scandalizas & peccator inclamat: ne facias illi quidquam. omni plagiā gravius est scandalum, cum supernumerio mortem afferat, ait Chrysostomus in 1 Cor. 8 clamavit Angelus Balaamī custos, quod hic afniam verberaret, & non clamabat contra te, quod animam ad Dei imaginem consponlam & templū consecratā profanes ac inquines? clamavit Angelus Abeli Custos vindictam de terra, & non clamabat contra te & scandalose ultionem æternam, quod gravius morte dampnum proximo intuleris? clamant Angeli contra zizania: vix sum colligimus ea ē & non Jolive contra Achan, id contra scandalosum repetit Michael quia iuridice, nos exarberat Dominus.

Sed & ipse proximus clamabit contra te post scelus peractum quod à te edictus est, clamabit in agone, clamabit æternitate totâ, sicut Thomas Cantipratanus audisse se testatur impenitentis adolescentis (sibi olim ob innocentiam charissimi) clamorem & va in agone & va illi qui seduxit me!

Salamandra si quam irreplerit in arborem, eo ipso prima omnia intoxica, ut scribit Pierius l. 16. hieroglyph. id coque meritò à natura ad ignem est damnata. Salamandrea similes sunt omnes scandalosi, in caminum ignis inextinguibilis cerrissimò coniuncti, ubi tot pœnas lucent, tot scorpiones: tot salamandas patientur, quot ex eorum scandalio peccata sunt commissa quia perennium animalium sanguis requiretur de manib⁹ eorum, ait Gregorius Magnus, & necesse eris, inquit Salvianus, ut sine pretanti rei, quando secundum iraxerunt in reatum!

Clamat Iudex adversum vos non unum sed duplex & octuplex va, quia octies magis punientur qui scandalum, quam qui alijs se sceleribus contaminarunt. Scandalum appellat Apostolus peccatum in Christum, sicut

34 PHILIPPICA XXXIV.

desperatio vocatur peccatum in Spiritum Sanctum : *peccato-*
res in fratres & percutientes conscienciam ipsorum infirmam, in Chri-
stum peccatis 1. Cor. 8. v. 12. peccare autem in Christum est
 idem quod flagellare, spinis coronare, crucifigere, occidere
 Christum. Dixerat Paulus: *quoniam scandalizatur & ego non uer?*
 dicam ego de Christo: quis scandalizat proximum & non
 crucifigit Christum? ille ovem errantem quæsivit & hume-
 ris suis inventam imposuit, tu lupe rapax hanc ovem illi
 de humero tollis: ille sicut Gallina expansis in Cruce aliis
 pullos suos congregavit, tu stygic accipiter in uno omnes
 illi pullos tollis: ille vineam sibi plantavit, quam tu nequa-
 vulpecula eidem demoliris; ille agrum occavit, aravit, le-
 minavit, tu inimice homozizania superseminas. ille adi-
 ficium sibi erexit: *Dei adificatio ostia* 1. Cor. 3. seque in lapi-
 dem fundamentalem posuit: tu cuniculos agis & in auras
 hoc adificium jactas: *Horrendum penitus sacrilegium, exclamat*
 Bernardus serm. de convers. Pauli quod & ipsorum uideatur de-
 edere facinus, qui *Domino Majestatis manus sacrilegas iniicerunt*.
 Si Episcopo Pergami propter toleratos scandalosos dicitur.
 sit Christus, ageret poenitentiam: si quo minus veniam uiri-
 et Apoc. 2. v. 16. quid fieri ipisis scandalosis? pugnabo cum
 illis la gladio orbi mei ibid. v. 16. occurram eis quasi ursa rapinæ ca-
 tula. Osee 13. v. 8. nullam speret gratiam, nullam expe-
 cit misericordiam, nullam presumat petere veniam, qui
 impudenter & palam scandalizare proximum non erubet. Et
 Noli proinde cibo tuo; verbo tuo, scandalio tuo, illum perdere pro-
 quo Christus mortuus est. Roman. 14. v. 15. Cogita iam illos or-
 culos, quibus iuratos iudex scandalosum in die novissima
 intuebitur, cogita verba quibus eundem alloquetur, cogi-
 ta fulmen, quod in caput seculistum proieciet & ut irrevo-
 cabile pronunciaturus est.

S. 3.
 Cur scandalos-
 sis mola asinaria
 via appedon-
 thia in collo?

Salutarem scandaloso poenitentiam injunxit pessimum
 Dominus cum dixit: expedit ei ut suspendatur mola asinaria in
 collo

Dominica Edem post Pascha.

35

tolle eius Match. 18. v. 8. que poena cum non nisi gravissimis
 criminibus apud Hebreos inferri sit iolita, facile ex eo gra-
 vitatem culpæ colligemus; *minus ista aufera sum & magnam se-*
cum auferme condamnationem inquit Chrysostomus homil. 7.
 in Genes. suspendatur mola asinaria scandaloso in collo po-
 tius quam manu, & pede. *ne inde sumat panam*, inquit Chry-
 stopherus serm. 27. unde sumpsit sensum, collo inquam su-
 spendatur quia iumentum est dæmonis & illius jugum por-
 tar; collo alligetur, quia sicut viscosi humeros ex capite
 percolatum in corpus, ita vitia in diabolo per scandalos
 in corpus Christi quod est ecclesia prolabuntur. Peccatri-
 ti genti dicebat DEVS Is. 47. v. 1. descend, sedo in pulvere
 Virgo filia Babylon, quia ultra non vocabitur molam & tenora: tolle
 molam & mole farinam. in quæ verba sic commentatur Cyril-
 lus Alex. velens nolens servum tuum miseriam subibio, moles farinam, ap-
 parebis nuda, retegitur ignominia tua, apparebunt dedecora tua; &
 lingua scandalosa, o oculi scandalosi heu! in molendino
 dæmonis asinariam molam agitis, ut commolatur triticum
 & furfures à pura farina separentur. Suspenderit vox
 mola asinaria & mergamini in profundum maris, nè
 profundiū in abyssum tormentorum immersamini.

Denique clamat in scandalosum Deitas: homo homo de-
 domo Israel! quicunq; scandalum iniquitat; sua statuerit contra faciem
 tuam. (hoc est quicunque gavilus fuerit in scandalio à se
 dato) ponane faciem meam contra hominem illum, & faciam eum
 in exemplum & in proverbium & disperdam eum de medio populi mei.
 Sic Iezabel dispergi, sic Dathan, sic Pharao, sic Judas &c.
 Qui mulierem prægnantem percutit, animam pro anima.
 Ponere jubetur Exod. 21. crudelitas agit qui innocentem a-
 liquam animulam pijs cogitationibus velut gravidam scan-
 dalio percutit & peremit. Super tribus sceleribus Ammon & super
 quatuor non convertam eos. Amos 1. v. 3. quod putas illud quartu-
 rum? o quod dissecuerit prægnantes Galad. Si prægnantes dis-
 care

Ezech. 13.
 v. 8.

Care tantum est nefas, ut misericordiam non mereatur, quid erit innocentes scandalizare, vitamque animæ ac Deum ipsum ijsdem collere. heu quid dicit Mater gratiae que omnes in corde suo inclusos gerit, quotquot in gratia Domini & primula innocentia degunt, quam dum scandalosus erit prægnantem quodammodo dissecat.

*s. 4.
Peccatum
scandali cete-
ris peccata.
gravium.*

Paradoxa videri potest illa questio, quam Abulensis in l. 2. Reg. c. 1. proponit. An Jeroboam peccaverit gravius, quam omnes homines mundi? suppono Adamum peccatum gravius, gravius Cainum, Pharaonem &c. quod fuit Jeroboami peccatum? fecit duos vitulos aureos (3. Reg. v. 21.) & alterum in Bethel, in Dan alterum colloquans authoritatem suam fuit, ut divinos ijsdem honores deferret. quo scandalo ita irritavit Deum vivum & verum, ut quamvis injurias ceteras Nomini suo illatas facillimè sepiet: oblivione, natus tamen recentem semper aluerit memoriam, & facile dectes quater in sacris litteris idipsum incusat: *Peccare sicut Israël.* Tam gravis nimis malitia scandali est, ut certa omnina hominum scelera ex humana fragilitate patrata exasperet, & nullo verborum numero ac pondere sufficiat exprimi posse videatur.

Multis soruit iniquitatibus Judas, avaritiâ in primis, tum furris, murmure, maledicentiâ, temerariis judiciis, pertinaciâ denique tantâ ut dixerit Christus: *unus ex vobis diabolus es.* Joann. 6. v. 61. & tamen elogium illi concinnans Petrus hoc tantum nomine describendum duxit Act. 1. v. 16. qui fuit Dux eorum qui comprehendens IESVM. Non dicit (verba Chrysostomi) de scelesto illo & omnibus sceleribus coquinato, sed qui fuit Dux eorum, hoc enim peccatum scandali, quo alios induxit ad captivandum Iesum, tam enorme fuit, ut ecetera quodammodo obsecuraret; Deus enim ceterorum peccatorum velut immemor ea tantum gra-

via reputat & extremo digna odio, per quæ alijs via ad offensam divinam ostenditur.

A peccato scandali timens sibi Job, ut adventantes tres amicos conspexit, tedium vita primùm concepit, & nocte mortis p̄̄ die vitæ exoptavit: *tunc lob aperuit os suum & diem suam execravit.* Job. 3. v. 1. non est execratus cū filios & familiam omnem subitaneā morte sublatos accepisset, non est execratus cū sanitatis dispendiū fecisset, non est execratus cū in sterquilinium ejectus testā saniem radere coactus fuisset, sed cū amicorum præsentia fuisset honoratus, ex quorum consortio solarium & gaudium erat hau- tiendum. Verū alta fuit patientissimo Regi mens atque judicium, quia enim ex supplicijs suis scandalizandos amicos & in temeraria judicia quasi ob occulta scelera plecteretur incisuros prævidebat, execratus est domum suam, hoc enim Jobo gravissimum accidit, quod nequissimus dæmon occasione ad pervertendos amicos abuteretur, & Jobi patientiam in familiarium traheret ruinam. Sentus hic est Ahabasij Nisseni q. 30. in script. patientissimus Job regre febat quod propter eum amici supplabantur & propterea eum tñdebat vivere, ut qui alijs inventus esset causa peccati. Quantum ergo flagitium ultrò præstare occasio- nes Deum offendendi, atque ad offensam solerter incitare, & tantum non cogere.

Attentionem sibi maximam conciliat Chrysostomus in *s. 5.* Scandalos sunt demonis rabiile quoddam dicam: etiam si gravuer quis peccet & clam hoc faciat, & neminem scandalizet, minorem dabat pénam, quam qui leviter peccaverit, sed cum scandalo multorum, quæ fortassis causa est, cur levia quorundam sanctorum errata, alibi à me enumerata, gravius à Deo punita sint ob scandalum emanans, quam a liorum grandia flagitia, quæ propter notoriam omnibusq; exosam eorum nequitiam offendiculum tantum non crea- runt

PHILIPPICA XXXIV.

runt: quodsi verò peccata ipsa per se enormia, cum gravi
conjuncta sint scandalum, dubitandum non est homines ejus-

modi ministros esse sathanæ, pestes humani generis, & no-
vos humanæ Deitatis crucifixores. Ministros & instrumen-

ta diabolica esse affirmat Doctor Angelicus: *proprium officium demonis est tenere homines, eos in peccatum precipitando; quod si homo aliquando sic tenet, hac agit in quantum est diaboli minister.* Quā

S. Leo serm. 7. de Nat. Angeli Magistri sententiam confirmat S. Leo papa habet
hostis antiquus multos ex ijs, quos tenacius obligavit, apes artibus suis,
quorum ad alios decipiendos & ingenijs utatur, & lingua. Ingensis
profectò malitiæ hoc est argumentum, sicut vicissim maxi-
mæ leges est gloriæ, & divinorum omnium, ut Dionysius
Areopagita loquitur, divinissimum, cooperari Deo in lalu-
tem animarum. Pestem humani generis scandalosos esse
insinuavit Psaltes, beatum virum pronuntians, qui in cibis

que exemplo alijs suo Doctor atque Doctor in sceleris fuit;
audiatur Basilius præclarissimus Davidicorum verborum
interpres: *pestilentes eos dicit, qui non solum seipso perdunt, sed &*
in alios pestem suam iuxta pestilentis morbi rationem transferunt. Si
giamus has pestes, si cara nobis anima est, execremur hos
virulentas mortes, si dulcis nobis vita est, diris omnibus
hæc carcinomata devoveamus; si vita & felicitatis nostra

authorem diligimus; hic enim à nullo hominum genera
magis offenditur quam à scandalosis. In Christum peccat,
inquit orator aureus, qui proximos scandalizant, quia opus

S. Chrysost. homil. 20. in 1. Cor. 8. v. 12. Christi, quod propria morte absolvit, destruunt. non ita Ra-
gella sua, spinas, clavos & poenas omnes benignissimus Ser-
vator sensit, quam unicum sentiat scandalum, per quod cor-
piosa ejus redemptio destruitur. habuit enim in gravissimis
tormentis suis solarium ex fructu animabus inde conferen-
do, at hunc fructum scandalosi pessundant, ideoque su-
per dolorem vulnerum addunt. Affectuorè Bernardus si

Domi-

9. Th. p. 1. q. 1. 14. 2. 2.

S. Leo serm. 7. de Nat. *hostis antiquus multos ex ijs, quos tenacius obligavit, apes artibus suis,*

quorum ad alios decipiendos & ingenijs utatur, & lingua. Ingensis
profectò malitiæ hoc est argumentum, sicut vicissim maxi-
mæ leges est gloriæ, & divinorum omnium, ut Dionysius
Areopagita loquitur, divinissimum, cooperari Deo in lalu-
tem animarum. Pestem humani generis scandalosos esse
insinuavit Psaltes, beatum virum pronuntians, qui in cibis

que exemplo alijs suo Doctor atque Doctor in sceleris fuit;
audiatur Basilius præclarissimus Davidicorum verborum
interpres: *pestilentes eos dicit, qui non solum seipso perdunt, sed &*
in alios pestem suam iuxta pestilentis morbi rationem transferunt. Si
giamus has pestes, si cara nobis anima est, execremur hos
virulentas mortes, si dulcis nobis vita est, diris omnibus
hæc carcinomata devoveamus; si vita & felicitatis nostra

authorem diligimus; hic enim à nullo hominum genera
magis offenditur quam à scandalosis. In Christum peccat,
inquit orator aureus, qui proximos scandalizant, quia opus

S. Chrysost. homil. 20. in 1. Cor. 8. v. 12. Christi, quod propria morte absolvit, destruunt. non ita Ra-
gella sua, spinas, clavos & poenas omnes benignissimus Ser-
vator sensit, quam unicum sentiat scandalum, per quod cor-
piosa ejus redemptio destruitur. habuit enim in gravissimis
tormentis suis solarium ex fructu animabus inde conferen-
do, at hunc fructum scandalosi pessundant, ideoque su-
per dolorem vulnerum addunt. Affectuorè Bernardus si

Domi-

Dominica Pentecostes.

Dominus proprium sanguinem dedit in pretium redempti-
onis animarum, non tibi videtur graviorem ab eo sustinere
persecutionem, qui suggestione malâ, exemplo perniciose,
scandalis occasione avertit ab eo animas quas redemit, quam
ab eo qui sanguinem suum fudit? Si Judas, si Caiphas, si He-
rodes, si Pilatus gravissimis inferorum supplicijs mastan-
tur, quod Dei filium vendere, blasphemare, illudere, con-
demnare præsumptient, quot tandem obsecro gehennæ
(verba Chrysostomi sunt) his plectendis sufficerint, qui
irritum faciunt languinis ac mortis eius pretium, & quantū
in ipsis est passionem ejus ac vulnera annihilant? non potest hoc
in magnitudine sceleris enarrari, inquit attonitus Lactantius
in pro magistrinæ sceleris narratio, inquit attonitus Lactantius
vixit officium lingue sceleris magnitudo. Taceamus ergo & non
lingvam modo iea aures, sed oculos, & quemlibet benigni-
orem affectum scandalolis in omne tempus abjuremus, æ-
ternumque iam nunc odium, execrationem, & diras indi-
camus.

I. 6. divin:
instit. 6. 33.

PHILIPPICA XXXV.
In inhospitales Hostes Hospitis
Spiritus Sancti
DOMINICA PENITECOSTES.

Veniemus. Ioan. 14. v. 23.

Redideram neminem ex omnibus fore, qui Sanctum Ex multis ti-
spiritum toto devotionis affectu non exciperet, & u-
tulis spiritus
debetis ad sua
niveriam illi cordis ac animæ iuxæ mansionem non dedica
scipiens eis,
Est enim Pater pauperum, Dator munerum, lumen cordium,
h 2 qui s

*Isa. 63. v. 10.
in græc.*

*S. 2.
Spiritus San-
ctus habet se-
ut peregrinus.*

*Ioan. I. v. 11.
Matth. 25.
v. 5.*

quis Patrem mitissimum non redamet, quis largitorem di-
tissimum non observet, quis lumen amoenissimum non ad-
mittat? *Est consolator optimus*, quis solatum illius detrectet?
est dulcis hospes anima, quis hospitium uberi mercede pensan-
dum non offerat? *est dulce refrigerium*, quis in maligno cu-
rarum & tentationum æstu liquidissimum refrigerium re-
spuat? & tamen audire iterum cogor querulam Evange-
lici vatis tubam hodie insonantem: *ipse autem ad iracundiam*
provocaverunt, & affligerunt Spiritum Sancti. Non tantum non
amârunt Patrem, sed de honestârunt, conculcârunt largito-
rem, extinxerunt illuminatorem, exacerbârunt consolato-
rem, eliminârunt hospitem, execratis sunt, auxiliatorem:
ipse autem ad iracundiam provocaverunt & affligerunt Spiritum San-
cti. Contra hos impissimos hostes tuos ter sancte *Spiritus*
fac hodie tonem, fulgurem, fulminem, tu mihi lingam i-
gneam suffice, tu verborum flumina assunde, tu sententia-
rum fulmina suppedita, ut isti sapiant, & compuncti corde
ad salutem quantocyùs resipiscant.

Venit in has terras corporea sub specie Sanctus *Spiritus*
tanquam peregrinus, ut nostram exploret fidem & experie-
tur humanitatem. Familiare Augusto Cæsari sicut habi-
bitu peregrini Romanas obire tabernas, lustrare civium z-
des, explorare Romanorum animos, & erga Imperatorem
suum affectum. Augustum secuti plurimi Augustissimi,
quorum & nomina & acta bellissimè novimus, per Roma-
ni Imperij ditiones incogniti processere, & quid de Impe-
ratore sentiretur, dicereturque, fidelibus oculis ac auribus
explorâvere. peregrinus hodie venit & hospes sanctissimus
Spiritus, sed non colligitur, non recipitur, non exauditur
etsi, gemitibus inenarrabilibus interpellat, & uberrimam ho-
spitij mercedem polliceatur. Qualiter actum cum Dei filio
taliter cum Spiritu Sancto: *in propria venit & sui eum non re-*
cepérunt; hospes eram & non collegistis me, vocavi & renusia, pul-
la-

savi non aperisti, amorem odio, beneficentiam maleficio, *Proverb. 1.*
oblatum mel & saccharum felle & veneno pensavisti. si *v. 24.*
barbarum, & ab omni humanitate alienum, legique divi-
na omnino contrarium est, peregrinos malè ac durè tracta-
re præcipiente Domino: Adrenam non contristabis, neque af-
uges em, quanto immansus est divinissimum hospitem ad
iracundiam provocare, & spiritui gratia, ut ait Apostolus,
facere consumeliam.

Lappi gens barbara. advenas institores singulari comi-
tate in tuguriolis suis excipiunt, omnemque ijsdem fami-
liam committunt, ipsi interea venatum abeunt, atque è ye-
natione reduces si lætos inveniant hospites, munere aliquo
eosdem donant, quasi gratiam non fecissent, sed accepissent,
quod hospitalis exercendæ præbuerint occasionem. Apud
Lucanos lege cautum scribit ex Æliano Alexander ab Ale-
xandro, ut si quis domo arceret hospites, tanquam inhu-
mani sceleris reus, grandem eo nomine multam pendere
eogeretur. Inter leges maximas Gothorum est teste joanne
Maginio, hospitalitatis erga quoscunque observantia, sum-
mumque nefas dicitur, viatorem recto excludere, quod si
quis facere attentârit & idoneis testibus ter negasse hospi-
tium convictus fuerit, admoto in poenam igne, ædes ejus
exuruntur, ut Domo propriâ justè privetur, qui earum u-
sum inhumanitate denegârit. ô Lappi! ô Lucani! ô Gothi!
ô barbari! ô gentiles! pejores ego vobis Christianos in-
veni, qui videlicet probro & piaculo sibi ducunt, si Deum
ipsum cordis sui excipient hospitio, si pulsanti ostium cor-
dis aperiant, si divinas ejus inspirationes exaudiant, si nu-
tum ejus exequantur; laudi vero sibi reputant & excellen-
tiæ, si hospitium denegent, si resistant, si contristent, si ex-
tingvan, & quaquam possunt malitia pessum dent, multò im-
mitiores Procaste Attico, qui hospites interimebat, inte-
emptus & ipse ab Hercule, immaniores Scyrone, qui ho-

Exod. 22.
v. 21.
Hebr. 10.
v. 20.

S. 3.
*Humanitas
barbararum
gentium erga
peregrinos.*

Alexand.
I. 4. c. 10.

Q² PHILIPPICA XXXV.

spices è Saxo in mare præcipitabat, præcipitatus ipse à Theso, & in Saxum, ut Poëtis placet, com mutatus, truculentiores anguis in Syria, quos ajunt erga indigenas venum non habere, neque eos impetrare, exteros cum cruciata examinare, ita & vos viperarum genimina erga animarum hostes, spiritus tartareos, tanquam domesticos vestros humanissimi, promptissimi, liberalissimi, in hospitem vero Spiritum Sanctum barbari, effecati, sacrilegi. idcirco habebitis ut hostem, quod adventare audiatis hospitem, quasi hodieque idem sit hostis & hospes, prout antiquitus eandem utriusque vocabulo fuisse significationem Tullius Cicerio attestatur. Erit enim verò idcirco hostis Spiritus, quia hospes esse non potuit verloque in furorem amore, mel suum mutabit in fel, ignes blandientes in gehennas inextinguibiles, linguas in gladios, flumina gratiarum in fulmina irarum, hospitalitatem in hostilitatem, charismata in anathemata, beneficia in sempiterna supplicia.

s. 4.
Multum semper profuit hospitale fuisse.
At audio inhospitales ejusmodi caucasos objectare, & cum Satyrico occinere: veniat, quid proderit hospes? quid i largitore munera nullos hospitalitatis fructus expectari? profuit Abrahæ & Loth (Gen. 18. & 19.) ignotos hospitio Angelos exceperisse, hic enim ab incendio servatus, ille optatissimam prole donatus est; profuit viduæ Sareptanae et ga Eliam (3. Reg. 17.) viduæ Sunamitidi erga Elizæum (4. Reg. 4.) hospitales fuisse, illa enim abundantia vita sustentanda media, hæc verò vita suæ delicias, filium inquam redivivum accepit. profuit Labano Jacobum (Gen. 24.) Ragueli Moysen (Exod. 2.) Rahab meretrici exploratores (Josue 2.) benignè acceptasse, cum Jacobo enim Labano ingens fortunarum omnium incrementum, Ragueli insuper yeri Numinis agitio, Rahab denique vita, salus corporis animaque inde provenit, quod advenas domi suæ exploratores opipare habuisset. Quantò magis proderit

Dominicâ Pentecostes.

63

divinum illum hospitem Sanctum Spiritum hospitio cor dis libenter liberaliterque excipere, omniq[ue] officiorum genere sacratissimam ejus præsentiam demereri; venient profectò omnia bona pariter cum eo, & innumerabilis honestas per manus illius.

E. f.
Obsuit è contra immodicè inhospitalibus viris Soccoth inhumaniter cum Gedeone egisse Iud. 8. à v. 5. panes enim cum illi negâssent, spinas vicissim Gedeon ijsdem minatus est, juravitque: conteram carnes vestras cum spinis tribulisq[ue] deserti, quod & re ipsa præstit, atque à prælio redux septuaginta lepitem principes populi acutâ morte confecit: tulit ergo s[an]cti n[ost]ri civitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contrivit eum eis, atq[ue] communis viros Soccoth. v. 16. acutiores vos spinæ manent, qui in veneris insanarum voluptatum rosis stertitis, ideo dominem carnalem commorari non possit juxta illud: non Gen. 6. 3. v. permanebit Spiritu meus in homine, quia coro est. suscipiamus sanctos, imò sanctum Sanctorum, ut splendeat domus, ut liberetur à spinis, ut innumera nobis bona per adventum ipsius adferantur. ita ferè Chrysostomus homil. 20. ad Rom. obfuit incarnatis illis A smodæ mancipijs, Sodomæ inquinis, celestes duos hospites (tertius enim qui Spiritus Sanctus personam agebat tempori se subduxerat tum, nè locus esset clementiæ, ut vult D. Gregorius homil. 18. in Evansbelia, tum nè inhospitalitatis, quam unicè exosam habet, peticulum subiret, obfuit inquam Sodomitis inhospitalissime cum geminis angelis agere voluisse, quin & uxor Lothi idèo in salis statuam die posterâ abiisse putatur, quod pri die insulsam se erga eosdem hospites gessisset; obfuit & Gabaonitis ad excidium usque Beniamiticæ tribus, ut legere est Iud. 19. v. 15. quod oppido nurbanos, imò plus quam agrestes & barbaros erga Leviten Bethleemiticum & conjugem ejus se gessissent: & nullus eos recipere voluit ho spito

spatio, fuisseque parum hospitio non recepisse, nisi insuper Levitæ patientiâ tantoper abusi fuissent, ut idcirco tota Benjamitica tribus, sexcentos duntaxat viros si excepis, penitus sit deleta. O quod dei leti de libro vite & aeternâ morti addicti sunt, quia Spiritum Sanctum hospitem recipere noluerunt, sponsæ insuper illius Ecclesie Catholicae nefandas irrogare contumelias attenarunt. Obscurus stulto illi Nabal. (1. Reg. 25.) Jus hospitij peregrino & exili Davidi denegasse, in cruentam enim omni cum familia necem turbatus fuisse, nisi stulti mariti errores prudenteri na Abigail citò corrigit; iratum Davidem placavisset: quamquam humanum licet evaserit, divinam tamen evadere non potuit Nabal vindictam, subitanè enim morte ex viventium syllabo intra dies decem expunctus est. Advertite nunc inhospitales Spiritus Sancti hostes verba scripturæ in Nabalem prolatæ, adversum nos detorqueri: recogitate quid faciatis, quoniam completa est malitia adversum vos, reddet Dominus malitiam in caput vestrum.

s. 6.
Spiritus Sanctus, si cordis hospitio excludatur, nutritrix excluditur.
Auger porrò malitiam in imminendum, quod quem hunc spiritio cordis excludimus. Pater noster, imò narrix sit: hinc illa apud Baruch, c. 4. v. 6. nenia: ad tracundiam proximatio Deum, ex erubilis eum, qui fecit vos, contristatis natinem vestram. Blanditur vobis S. Spiritus, & ubera meliora vobis, ubera lacte & melle coelestium dulcediaum fluentia propinat, sed ò ingrati nutricem hanc rejicit, lac illius calculatis, ubera discerpitis. Narrant nostri: Cononem Reginam Britannicæ Regio infantulo propinasse matrem ex amore lac, verum milis partur deinceps inficit uberi dilaceravitq; te, mater dissimilato dolore alteram porrigit, sed discerpitur si nilit, quare affl. xi. Regina petulantem perire abjectit, & nequidquam vagientem deserit inquiens: expedita habeat, quod quod oblata Spiritus Sancti charitatem

smata maledicis labijs excipiunt, imò non excipiunt, sed blasphemio ore respnunt, & theonino dente configunt. Perseant aeternâ siti fameque, deserantur à spiritu bono, & in lanienam diabolo & Angelis ejus extradantur, qui volentes scientes illius delicti sese reos faciunt, de quo Salvator Marti

s. v. 8. non habebit remissionem in aeternum, sed reno erit aeterni delicti.

Mira est observatio D. Augustini, cur Goliath irtemediablem

s. 7.
Abusus gratiæ
arum S. Spi-
ritus Iudicium
est aeterni in-
seritum.

ictu prostratus lethoq; illætabili fuerit victimatus. Elegerat

ibi David adversus turrim carneam quinque limpidissimos

lapides, & misit eos in peram pastoralē 1. Reg. 17. v. 40. qualis

ponensis Doctor fuisse vasculum lignosum, multatā votamus,

quo pastorellus lac vivū emulgere consueverat, additq; va-

sculū illud à recentissimo lacte probabiliter adhuc maduisse;

adèoque & lapides calido lacte fuisse perunctos, ad denotan-

dum insigne mysterium, quod videlicet ipsæ Spiritus Sancti

gatia velut guttae lactis reprobis cedant in ruinam. Lo-

quatur S. Augustinus psalmi 143. iutepres: lapides quinque

mulgere volens David gratia, posuit in vase pastorali, in quo lac

conungere consueverat: significatur gratia lacte. His armatus processit

adversus Golian superbam. jactatur lapis lacte illitus ex funda,

frontique Goliathi ita insigitur, ut lacte guttae inter im-

pudentis hostis cruentum albicarent, & Davidi quidem im-

mortalem in scriberent victoriæ, Goliatho vero aeternam

inurerent ignominiam. His armatus processit David; sic ar-

matus aliquando processurus est Davidis filius adversus Spi-

ritus Sancti hostes, pro funda quidem crucem arripiet, pro

lapidibus quinque usurpabit vulnera eademque in lacteas,

quibus abusi sunt terræ filii, gratias Sancti Spiritus intin-

get, ut inde multentur in mortem, unde lactandi erant ad

gloriam, inde hauriant damnationem, unde sugere sempi-

ternam debuerant salutem.

Audite hæc inhumani hostis hospitis Spiritus Sancti &

s. 8.
Affirm

i si vel

si vel guttula ingenui sanguinis in vobis est, erubescite; si adhuc venula Christiani hominis in vobis micat, contremiscite; si melior halitus superest, suspirate, ingemiscite, veniam à clementissimo spiritu flagitate, cordis vestri hostium ex integro cedite. ac donare millesisque ingeminate votis: *veni! veni! imò revertere! revertere amabilissime Spiritus quem ingrati odimus gratis!* revertere dulcissime animarum hospes, quem repulimus impie, contristavimus no- quiter, affliximus crudeliter, revertere nutrix super favum dulcis! cuius svavissimam ubertatem prodegimus, exacerbavimus, proculeavimus! ab eum per inexhaustam dulcedinem, & infinitæ viscera misericordiae, & immensam gratiarum abyssum revertere! unaque Patrem adduc cum Filio, ut buantocytus gratiosum audiamus istud: *Venimus & mansionem faciemus.*

PHILIPPICA XXXVI.

In Curiosos.

DOMINICA I. POST PENTECOSTEN.
Docentes eos servare omnia. Matth. 28. v. 20.

E. f.
Scrutatores
majestatis op-
primuntur.

proverb. 25.
v. 27.

157 II

Aviditis? servare jubemur omnia, non scrutari. Servat omnia, qui Deum Trinum, in quo uno omnia, pia religiositate observat, amat, invocat; non servat omnia, qui incomprehensam illam scrutando majestatem se perdit, ac pessumdat exclamaturus olim cum Henrico VIII. moriente: *omnia curiosè observando omnia perdidimus!* Qui scrutator est majestatis, opprimetur à gloria, sicut auti gentique fossores à terra oppressi veteribus, novissimisque testi-

testimonijs comperimus. Qui scrutator est majestatis op- primetur à gloria, sicut à splendore ardantis candela circumvolitantes culices aburi, à radijs solis noctuas excæcti, à refracta solis luce Ottomannorum Cætarum filios exoculari vidimus, legimus, audivimus. Qui scrutator est majestatis, opprimetur à gloria, sicut Bethiamitarum quinquaginta milia, & septuaginta de principib[us] corruerunt, quod Arcam Domini curiosus rimati fuissent, sicut Ozaroppressus est, quod eandem Arcam sustentare ac manu temerari servare præsumpsisset, sicut intelligentiarum coelestium pars tertia fataliter oppressa cecidit, quod intellectui vacare potius, quam affectui non tam obsequi, & simplici pietate creatorem prosequi, quam assequi Deitatis arcana, nec observare illud felicitatis æternæ principiū accurassent; *Quis n[on] Deus?* inscrutabilis leelicet & incomprehensus. Contra curiositatis itaque virtutum peroranti aures non incurias favete, nec curiosum aliquid expectate, meo enim me telo conficerem, si contra curiositatem detoniturus afferrem aliquid curiosum.

S. E.
Gnoma Phili-
losophorum
gentilium con-
tra curiosita-
tem.
Eccl. 3. v. 22.

Quid curiositas sit Hugo Cardinalis ex Angelico suo magistro definivit lib. de similitud. *E[st] superflua indagatio ad se non pertinentium.* Quod supra nos nihil ad nos; quod humanum excedit captiuum, admitti minimè debet in scrutinium rationis. Aliora te n[on] quæsieris monet Siracides, sive ut S. Ambrosius legit apud Cornelium. Difficilia te non qua- *ra sine sensu, & fortiora te non exquiras cum stultitia;* stulte ni- mirum & insensatè agunt, qui curiosè scrutantur, quæ Deus voluit occulta; magis enim in istis temeraria præsumpto, quam cauta ignoratio culpanda, ait S. Augustinus lib. contra Priscill. Agnoverunt docueruntque hanc veritatem naturali edocti lumine gentiles Philosophi, hinc Euclides taugatus à quodam, quales essent dij, quaque re maximè laudarent; respondisse fertur: *ego cetera nescio, ac curiosos illis odio*

Maximus
ser. 36.

odio esse, certò scio. Socrates verò teste Maximo curioso sciscianti, quid apud inferos ageretur, cum risu respondit: nec ego apud inferos fui, nec quenquam illinc reversum allocutus. cui responso affine est, quod alteri quarenti, quid sit mors, reposuit: Quæris quid mors sit, scirem si mortuus essem.

Ad me cum fuero mortuus ergò veni.

Demonax non dissimiliter quarentibus, utrum mundus sit globosus & animatus? salsè reposuit: vos de mundo sollicetis illius, & vestram ipsorum immunditiam non curatis. non verba modò sed verbera similibus quarentibus alij statuerunt. unde Gorgia quæsitus, cur fabæ inslent ventrem & non ignem? respondit: istud tibi dispiciendum relinqu, cæterum scio, tertam aduersus ejusmodi homines producere ferulas. Vix ferulas sufficiunt, toto coërcendis curiosis opus est inferno. Seicilius Magnus Augustinus interrogatus, quid Deus ab æternō egerit? infernum, inquit molitus est pro coërcendis curiosis. hunc nimirum careerem curiosi promerentur, contra quos Thomas à Kempensis lib. I. c. 3. grandis insipientia, quod neglectis utilibus & necessarijs, ultrò intendimus curiosis & damnosis. Venatores utinam imitaremur, de quibus Plutarchus lib. de curiositate. venatores non sinunt canes aberrare, & quemlibet odorem persequi, sed loris retrahunt, revocantque, olfactum illorum servantes purum & integrum ut aerijs inhærent vestigijs, sic oportet & curiositatē cohibere ac retrahere, quo servetur ad utilia, prudenter in distichis Cato:

Mitte arcana Dei cælumque inquirere quid sit,

Mortalis cùm sis, quæ sunt mortalia cura.

Fateor verissimum esse, quod docuit Aristoteles: omnis h. mo natura scire desiderat; & quod Romanus scripsit Philosor phus lib. de beata vita c. 32. curiosum nobis natura ingenuum de- dicit, sed abutendum hoc ingenio nequaquam est, ad scruta-

tanda ea, quæ (ut ait Sanctus Anselmus) scire nulla utilitas, scrutari verò præsens est perieulum.

Non ego sapientum in numero sed fatuorum in censu illum habeo Cajum Jnlum, quem Seneca testatur mori quām vivere maluisse, ut citò agnoscere posset, num in instanti separationis scire possit se separatum. ò dignam

E. P.
Curiosorum
exempla so-
vec. de trans-
f. 14.

morte non simplice victimam, cui mors idcirco in votis est, ut de immortalitate constet, constabit ò Juli, sed inexo-

ptata cum experientia; immortalem enim te esse sentires, & esse nolles, fugiet verò mors à te, quæ à curiosis oculis

videri non vult ac teneri. Insanior Julio fuisse mihi vide-

tur Eudoxius Philosophus, qui sapientis comburi posse opta-

S. Bernar.
grad. hum.

bat, ut ad solis sphæram pertingeret; non ad Solis, sed ad Luciferi centrum pertigit, quo scilicet curiosi omnes perti-

nent, ut socij sint poenæ, qui sequaces sunt culpæ. Luciferi

curiositatis vitio cecidisse censet Bernardus ita inqui-

ens: à veritate cecidit, quia prius spoliativus curiosus, quod affectavit illicet. Quomodo supra astra Dei ascendere, quomodo soli suum inextare, quomodo in lateribus Aquilonis sedere,

grad. hum.

quomodo altissimo similis esse possit, sollicitè scrutatus, il-

licitè precatus, scandalose professus est: Ascendam, sed quia turpissime erravit in modo, salsum nunc acroama audire co-

gitur: quomodo cecidisti? cecidit enim verò curiosus angelus, & ita cecidit ut surgere amplius aut recto incedere gressu non valeat, hinc serpere cogitur, & serpentem induere, in-

ducturus si possit ad eundem casum & exitium neo-crea-

tum hominem, quem à naturæ authore non dubitat prædi-

tum ingenio curioso. Et ecce serpentem jam video ad para-

linum

disi viridaria adrepere, imò cum muliere colloqui; verū priusquam ad colloquij seriem attendamus, scire pervelim

utrum serpens in paradiſo conditus fuerit, & quā viā subin-

traverit? negat Tuitiensis Abbas serpentem paradiſi inqui-

90 PHILIPPICA XXXI.
linum fuisse, non enim venenatam bestiam locus tam cul-
tus decebat, sed curiosa mulier, quid extra paradisum age-
retur, scire avebat, & rimâ quaestâ suos foras oculos emit-
tebat, quâ oportunitate veterator usus accessit, admitti po-
tuit, admissus ad arborem vetitam mox appropereavit, &
ponit pulegium oculis aspectuque delectabile oculis pri-
mum delibari, tum manu attractari, mox decerpi, imo gu-
stari, atque ad esum pariter Adamum induci fecit. Loqua-
tur nunc Rupertus lib. 7. c. 2. mulier corpore & oculis vaga dum
per paradisum incontinenter deambularet, ut curiosa seires, qualis ex-
tra paradisum locus habereatur: ei serpens occurrit.

S. 4.
Curiositas in-
duxit serpen-
tem in para-
disum, ex pa-
radiso extup-
bavit proto-
homines.

Curiositas serpenti fecit viam in paradisum, ex paradi-
verò viatricem Eam eliminavit. At placeat verba ipsa
Valotia expendere: cur præcepit vobis Deus? ecce quæstio fa-
caliter curiosa; cur? quid hoc ad Eam, cui justa capesset
re fas est, non verò causam mandatorum exquirere. cur
præcepit? quia sic ei placuit, cui stat pro ratione voluntas
cur præcepit? quia eæcam nostram obedientiam explorar-
tam voluit. cur præcepit? quia sic expedit nobis. ô infau-
stum cur! quod cursum primævæ felicitatis sufflaminavit,
uras millies millenas peperit, curiositatis congenitæ vene-
narum semen fuit. Cæpit callida bestia à curioso cur? & du-
plicato dolo motivum geminavit, cur ex arbore vetita co-
medendum esset, delicias oculorum videlicet corporis, &
delicias oculorum mentis, utrumque ex radice curiositatis
petitum argumentum. in quoqñ die comederitis ex eo, aperien-
tur oculi vestri, ecce curiositas corporis & eritis sicut dij scientes;
Gen. 3. v. 5. ecce curiositas mentis! ô si inclamare curiosæ mulieri po-
tuisses Bernarde tuum illud: servâ ô Eva commissum, expi-
promissum, cave prohibitum, nè perdas concessum. quid tuam mor-
tem tam intentè intueris? quid illo tam crebrò vagantia
lumina jacis? quid spectare liber, quod manducare non li-
cet? oculos inquis tendo, non manum, non est interdictū,
nè vir;

de grad.
hum.

Dominicā I. post Pentecosten. 71
nē videam, sed nē comedam, hoc etsi culpa non est, culpæ
tamen indicium est te enim intenta ad aliud, latenter
interim in cor tuum serpens illabitur, blandè alloquitur,
blanditijs rationem, mendacijs timorem compescit: nequa-
quam inquiens, morieris. auget curam, dum incitat gulam,
acuit curiositatem, dum suggerit cupiditatem, offert tandem
prohibitum, & aufert concessum; porrigit pomum, & turri-
pit paradisum. haurit virus peritura & perituros paritura.
hactenus mellifluus. Emanavit exinde pestis in posteros,
& poenè omnes intoxicatebat; ut enim rarus sine spina esse
solet pisces, ita rarus homo est, quem curiositas non pungat.
Eod.

Eodem curiositatis vicio Saram magni Patriarchæ con-
jugem laborâsse comperio, quæ, ut ait Lipomanus, curiosè
auscultabat, quid tres Angeli hospites loquerentur Abra-
hamo, quid agerent, quid molirentur; debuisset enim verò
Sara circa domesticum ministerium tunc satagere, ast illa
post ostiū tabernaculi rimatur, inspicit, auscultat, cachinna-
tur, omnia agit, quæ solent curiosæ. antiquū vitiū fæminarū
est, inquit Oleaster hic, omnia velle audire omnia velle vide-
re ex latebris. Verūm parū profuit, sua Saræ curiositas ab
Angelo enim redarguta & mendacijs convicta (vix enim
curiosus quis esse solet, quin & mendax sit;) dedit curio-
sitatem abstinere, si nollet erubescere. Gravius curiositatem
init uxor Loth, quæ ut locutus est Sanctus Prosper lib. 1.
c. 6. statua salis effecta exemplo famos condidit in proposito sancto,
quod tendunt proficiente noxiâ curiositate retro non debere respicere.
Ipoliavit Dinam virginitatis honore curiositas, nostrasque
etiamnum virgines caras, quia raras facit.
Sed

Sed quid faminas perstringo? yiri in hoc quam ma-
ximi arguendi sunt, Dayidem recogitemus, curiositatis mul-
tiplicis reum. Curiositas illum ad videndum, concipi-
secundam, corrumpendam Bethsabeam induxit, & virum
secundam cor Dei eviravit, excordavitque, ut Dei loique
Curiositas Dau-
videm in gra-
vissima indu-
xit pericula.

S. 5.
Curiositatum
sit Sara &
nibi uxori.

5. 6.

72 PHILIPPICA XXXVI.
immemor in nefanda sele præcipitem ageret flagitia. Di-
longe vidit mulierem, inquit Sanctus Augustinus in ps. 50. in quo
sapientia est, mulier longe, libido prope. audiunt curiosi, monet San-
ctus Chrysostomus in eundem psal. audiunt, qui spectacula in-
sanunt theatralibus, David calis ac canticus Iesu est, & tu te puer non
posse levi? Curiositas iterum Davidem ad numerandum po-
pulum impulit, & ex populo septuaginta capitum millia in
curiositatis regiae pœnam morti mancipavit. Curiositas
Psalten in labyrinthum judiciorum divinorum induxit,
certò seductura, nisi filum Ariadnæ felicius, divina boni-
tas huic Theleo objecisset. audiamus ingenuè confitentem:
ps.72. v. 16. existimabam ut cognoscerem hoē labor est ante me (ecce labyrinthus, quia labor intus; in labyrintho hæret David) labor, ap-
ante me, donec intrem in sanctuarium Dei: huc respiciendum
huc recurrentum curiosis, huc appellandum, dum curiosi-
tas seducere tentat, & molestis quæstionibus de Trinitatis
Incarnationis, Eucharistia mysterio, de judiciorum divi-
norum abysso, de depræstationis methodo mentem ex-
agitat; donec intrem in sanctuarium Dei, donec opratâ visione
summi boni perfui licet, donec extra errandi simus peri-
culum. curiosas tantisper quæstiones differ, illudque He-
breorum monitum repeate: non licet interrogare quo con-
silio, quamvis ob causam Creator hoc vel illud fecerit, ne
curiosè inquiras in facta Dei, nam omnia facit sapienter, ne
tametsi ea lateant sapientes.

S. 7. Ex aula Davidis ad Herodis transeō, ubi sapientia carnata multis fatigatur quæstionibus: interrogabat eum (Iesum Herodes) multis sermonibus, at ille nihil illi respondebat. **Luc. 23. v. 9.** **eur** tacet? vocem quā responderet non habuit. Verbum, quia vocem clamantis Ioannem nefarius tyranus sustulit. **cur** tacet? lupum quia viderat agnus, tacet. **cur** tacet? quia signum Herodes desiderat, signorum autem maximum est, tacere innocentem. **cur** tacet? nē sā veritatem dicas?

Cornel. in
Ecl. pag.
306. Inglia I.
brazoru[m] montum repe[n]t. non nec interrogari
filio, quamve ob causam Creator hoc vel illud fecerit,
curiosè inquiras in facta Dei, nam omnia facit sapientem
tametsi ea lateant sapientes.

Dominica I. post Pentecosten. 73
dicat, eandem cum Joanne alcām subcat. cur facet? homicidam in colloquij communionem hominum mitissimus non recepit. cur denique tacet? quia curiositati favere non vult. Non desiderent à Sapientia cœlesti reponsum, non sperent unum à Verbo incarnato verbum, non existent à divina clementia miraculum, qui voluntatiā curiositate in extremum salutis se sux periculum coniiciunt.

Curiositas Petrum ad aulam summi Pontificis seduxit, in aula ad trinam negationem induxit, curiositas sic exce-
cavit Apostolum, ut nisi respexisset clementissimus Iesu o-
culus, in æternam Petrus noctem & tenebras exteriores fu-
isset ruiturus. Puto Simonem, inquit Paulus Scelochus ant.
2. sect. 2. Num. 11. pontifica atria ingressum, non Christi
gratiâ sed curiositate quadam ductum, quò scilicet judicij
formam, & quibus modis Christum acciperent hostes illius
Videret! hinc illæ lachrymæ! Et quid Thomam sic obsti-
navit in malo, ut nollet credere, nisi videret? cur Thomas ve-
siga fidei sic requiri? interrogat Divus Petrus Chrysologus
sec. 84. cur tam pio patientem, iam dure discutit resurgentem, cur
dolores persecutorum furorisbus irrogatos famulantur curiositas renovat
enim? ecce tibi curiositatem infidelitatis ream, ait Celada
in c. 7. Jud. quid deterius curiositate, quæ christianæ fidei
inquietat Sacra menta: quis crederet à curiositate violari
fidem Dei? jam assequor quid doctissimus Nissenus in vita
Abrahæ voluerit, cum in curiosum dixit: noli ossa Christi con-
terere; curiositas enim verò ossa Christi conterit, quia Apo-
stolos fortissimos (qui corporis mystici ossa sunt) proster-
nit, enervat, confringit.

O curiosuli philomelas & simias attendite, inque earum exitio velut in Speculo exirium vestrum spectare. philomelam capturus aueps scrobiculum sub arbore effodit, & lacuum imponit; adeo mox inculta philomela scrutatur foecam, in eaque libertatem, quandoque & vitam suam

PHILIPPICA XXXVI.

sepelit. o quot animas velut philomelas auceps stygius de-
mentat & illaqueat scrobiculum fabricando, qualem An-
gelus olim Augustino mysterium sanctissimæ Triados me-
ditanti in maris littore fodisse legitur, in quo fallacia la-
queum occulit, inque manifestum salutis periculum in-
ducit. Simiæ cùm suspicacissimæ sint, non in terra, sed al-
tissimarum arborum ramis somnum capiunt, observant ve-
natores arborem, atque ad splendorem lunæ cò se confe-
runt, fingunt se quietem simiarum nescire, proferunt itaque
multa ocrearum paria, omnes visco illitas, excepto pari u-
nico, quod venator induit, visco etiam illinit, relinquit in-
tra arborem, & sub vicinum dumerum se recondit; quo
discedente descendant, mox simiæ imitantur, & in occris
servitutem atque exitium induunt. O si multi non ultra
crepidam & verum saperent! liberiori sanè pede viam vi-
æ tererent, puriorique oculo suæ prospicerent saluti. Lau-
danda Locrensis lex inquit Plutarchus, quæ si quis pere-
grè reversus rogasset, num quid novi? cum multa afficie-
bat, multis sanè dignus multis est curiosus; tum quia otti-
ositatem ut plurimum sestatut, quæ multam docuit mali-
tiam, tum quia se ceterosque inquietat, & in noxiis indu-
cit errores. verissimè Plautius: *curiosus nemo est qui non fit ma-
levolus* grave curiositas est vitium, inquit Magnus Gregori-
us, forte ideo, quia teste Augustino curiositas hæretis in-
venit, & innumeræ in terrarum orbem induxit calamita-
tes. Notus est mihi quidam, ait Artemidorus lib. 2. oniro-
crit. c. 28. qui visus est sibi tres oculos habere, & cœcus
factus est, nihil vident, qui nimis multum vident cò quisque
in arcans fidei cœcior, quo oculator existit. bene videt,
bene sapit, qui tria & unum numerare non novit; bene se-
vat omnia, qui simplicissimâ pietate credit, amat; observat
Deum ingenitū, Filium unigenitū, Spiritum Paraclitum, in
cujus nomine ite & servare omnia discite, quæ dixi vobis.
PHI

Dominicá II. post Pentecosten.

In Sacrilegos communicantes.

DOMINICA II. POST PENTECOSTEN.

Nemo virorum gustabit coenam meam. Luc. 14. v. 24.

Manducare sibi multi videntur coenam Eucharisticam,
sed nè gustant quidem, frangant licet dentibus hosti-
am, deglutiunt, digerant, & hoc quot mensibus, imò
 hebdomadis semel, iterum, tertio, nondum tamen mandu-
carunt, gustarunt nunquam panem viræ, medicamentum gnt.

S. t.
Non mandu-
cat Eucha-
ristiam, qui ma-
ducas indi-
gnus.

Ioan.6.v.57.

Sapientia: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo, non addendo: qui manducat di-
gnè, qui bibit dignè. quamvis enim indignus & impiato-
rum scelerum conscius accedat, & manducantis speciem
præ se ferat, nihilominus Dominicam carnem nequaquam

manducat, quia Jejunus & expers fructus sacramentalis rec-
dit, ecce omnes indifferenter quam sepe sacramenta altaris percipi-

unt (verba sunt Divi Paschalis) percipiunt plane, sed alius spiri-
tuus carnem Christi manducat & sanguinem bibit, alius verò non,

quamvis buccellam de manu Sacerdotis videatur percipere. Con-

troversum inter Doctores est, utrum in coenaculo Judas

Eucharistiam sumpergit: negant cum Augustino & Hilaryo

plurimi, affirmant alij cum Divo Leone & Cyrillo. Cur

quæso fanti Patres, in quibus unus erat Spiritus pacis & ve-

ritatis, à se dissentient respondet Algerus Abbas, cùm Ju-

das indignè manducârit, dici ex vero posse, absolute non

manducâsse: *ieiunus enim à cana discessit, quia non manebat in*

Cœfiso, nec Christus in illo. O quot hodieque ad Epulum Eu-

charisticum sacrilegi Judæ accedunt, contra quos dictum à

Christo accipio; nemo virorum istorum, nec hic coenam bona-

gratia

Algerus Ab-
bas lib.5. de
sacra. c. 21.

gratiae, nec ibi æternæ gloriæ gustabit. Contra sacrilegos itaque hos epulones utinam mihi & sententiārum fulmina, & lachrymarum flumina decurrant, ut quos flectere non possum lachrymis, frangam sententijs.

*¶. 3.
Sacrilega cō-
muniō est pe-
catorū mā-
ximum, quia
est renova-
tio paf-
fatio.*

Si quis ex me scire velit, quod ex peccatis omnino omnibus sit horribilissimum, huic indabitè respondeo, sacrificium esse communionem, quæ non modò Deicidio conferri potest, sed anteponi debet, cùm sit crudelissima passionis cruentæ renovatio. Ex omnibus sceleribus Judæ gravis simum hoc fuit, quod amicum se simulans dulces cum Iesu comedēret cibos, magnificaret nihil minus supplantationem: plantans videlicet magnis conatibus elevando ad conterendum suum hospitem, seu Mecœnatem, audiamus Ambrosium 3. offic. 26. in i. so proditore hoc Christus Dominus gravissimū invenit, quod gratis vicem non praesentaverit, & convivus amicis venenum malitia miscuerit. Fuerit Judas fur, murmuro, paracida, nequam in pelle, at hæc omnia peccata non superrant sacrilegam Eucharistia sumptionem, quâ venenū malitiæ convivio amoris commiscerunt. Judâ scelerior est, qui non vice simplice, sed decies & centies & millies immortalem hominem Deum indignè suscipit, susceptum dæmonibus venditum tradit. Audi peccator & contemnē, cùm os ad sumendam Eucharistiam aperis, osculo Filii hominis denuò tradis; cùm dentes comprimis, captivas; cùm deglutis, per torrentem Cedron raptas; cùm linguam stringis, alapâ cædis; cùm oculos emissarios facis, oculos illi obvelas; flagellas & coronas peccatis facte lego silentio celatis, illa enim cùm spinæ & flagella sint, ut tua testatur conscientia, quæ pungi & flagellari se sentit, ipsis hiscè flagris & spinis non modò caput, sed totum Iesu corpus circumdas; tu illum ad mortem & fœtidissimum condemnas sepulchrum, cùm in graveolentem, & forte non scelerum stomachum immittis; anima tua mortalibus affectis

sceleribus, dirissima crux est, cui Iesus affigatur; quot in anima tua sunt peccata operum, tot clavis configis, quot verborum, tot blasphemantes carnifex immittis; quot cogitationum, totidem lanceas in cor Iesu vibras. Hoc hoc est, quod Paulus queritur, crucifigere denuo in semetipso Filium Dei, seque reum facere corporis & sanguinis Domini. Nec jam Iesus clamat: Pater ignoce, sed: vindica sanguinem nostrum. non auditur: hodie metum eris in paradiſo, sed: hodie sine me eris in inferno.

*¶. 3.
Tam grave
peccatum est
sacrilegū com-
municare,
quām Chriſtū
cadere alapā*

Magna quis neget fuit servi illius, Malchum Chrysostomus vocat, impudentia, qui in tenerimam Salvatoris faciem ferreā manu lævire & tanto impetu alapam impinge de ausus est, ut contremuerint coeli (Sanctum Ephremum de Passione recito) inhorruerint fundamenta orbis terrarum, Angelī & Archangeli obstupuerint, Michaël & Gabriel vultum suum contexerint, Seraphini in se mutuò alas concusserint, quando ille impietatis & tenebrarum minister alapam dedit Domino Majestatis & gloriæ. adeò nihilo malitias dicere, par, si non amplius esse peccatum cum conscientia Lethiferæ noxæ nondum expiatæ reâ ad Daminam mensam accedere, quām Regi sæculorum validissimam alapam infringere. ut hoc dicere audeam, incitat me visio horribilis, quā recitat Baronij ad annū Christi 112. Monachus quidam Isidorus in Insula Cypro continuo moerore, gemitis, lachrymis perfusus, causam sui luctus edixit, quod biduo ante Æthiopem sibi assistentem conspicerit, audieritque dicentem: ego & tu ad unum eundemque tormentorum locum sumus condemnati. Et quis es tu? quærit Monachus; cui umbra: ego sum qui conditorem omnium in maxilla percussi passionis tempore, tu vero satolanctam nuper hostiam in cloacam abjecisti. projectat enimverò Isidorus ante annos plurimos, cùm adhuc Sejanum dogma sectaretur, sacram hostiam ex fauibus uxoris

uxoris suæ quæ orthodoxo ritu communicârat, extortam in sterquilinum, iamque lustris aliquot monachum induerat; nec tamen sacrilego pro facinore poenas dederat sufficentes. Turpius abijcitur Eucharisticus Deus in animam peccatis mortiferis contaminatam, quâm in turpissimam totius mundi cloacam; mallet ille in hac ad novissimum mundi diem, quâm in anima vestra vel momento commorari, nec abijcitur tantum sed factilegâ linguâ prius cædit, scelerato ore confpuitur, rebelli à corde conculeatur. Nemo nisi demens anionem, adamantem, carbunculum in cloacam abijeit, nemo conculeat & annullat, at verò sacrilegus peccator nihil pensi habet Margaritam illam immensi pretij, adamantem cœlo terrâque cariorem, carbunculus Patris æterni unicum, in cordis sui sententiam abijcere & sputo quovis execrabilius exterminare.

E. 7.
Sacrilegè cōmunicantes serpentes imprudentes. venientia eorum. eum fudaciter. bibendum.
 Adeste quotquot ad fontes aquarum repitis, adeste serpentibus, & prudentiam docete eos, qui cum veneno malitiae ad fontem salutis accedunt; num & vos nativo cum veneno undas subitis? minimè. non enim conduceret haustus saluti, sed certum afferret exitium. *serpentes cū venenâ ad bibendum, inquit S. Ambrosius in c. 10. Matth. priusquam curvabunt, ante fontem evomunt venenum suum & posse a bibunt.* curve- nenum prius expuunt? quia si frigus aquæ naturali veneno misceretur, in partes serpentem rumperet. *estote prudentes.* sicut serpentes, venenum ponite hausturi ex fonte aquæ salientis in vitam æternam, nè sicut adulteræ quondam ex aqua zelotypiæ haurientes, in partes dissiliatis. Primus intoxicatus serpens, qui ex fonte salutis veneno non posito bibit, Judas fuit, & nunquid crepit medius? ejusdem cum Juda *feliceris complices sunt rei videlicet corporis & sanguinis Domini, quotquot purissimum illud corpus impurâ mente suscipiunt, suscipiendo produnt, & non iam Judæis sed dæmonibus, vendunt; quid ergo expectent aliud, quâm lata sententia?*

sensu ponet cum hypocritis, illuc erit fletus & stridor dentium. dividet corpus ab anima tradendo animam dæmonibus, corpus vermidius, dividet sacrosanctam hostiam impiè sumptam à lumentis corpore, dividet peccatorem à Sanctorum communione, dividet infelicem animam à Dei visione. Dividet, ait S. Hieronymus, non quod gladio illum dissecet, sed quod à Sanctorum consortio illum separat. Parati sunt cum gladijs antipitibus Angeli, nec duodecim solum legiones sed duodecim legionum millions, de quibus Paschasius c. 8. certus est quia ultores Angeli nec semel indignè communicanti parcerent, nisi bonitas Christi gladium suspendere & removere momentaneam mortem. Imò non dividet ab anima corpus. sed hoc cum illa ante diem novissimum gehennæ addicet. Pauci anni sunt, cùm in Hispania celebris jurista obiit, inque sepulchrum illatus fuit, dilatâ in diem sequentem funebri concione, à concionatore quodam Seraphicæ familie dicendâ; hic dum in tempestâ nocte bibliothecam, sese ad funebrem panegyrin præparaturus, adit, in alto illo noctis silentio tubam horribilis audit, & aperto mox ostio videt ignotos severi suicidii audiri, & percilijs tres judices ingredi, ad mensam considerare & adstantibus ministris imperare: adducite animam sepulti juristæ, adest illa momento inter chorum atrocium æthiopum & inter flamas cum magna catenarum concussione & feroci buccinæ clangore. Facto dein silentio enarrata sunt iterata communio, ob quod potissimum lata est sententia, ut una cum corpore in gehennam deturbaretur. At replicat judicium unus, quomodo corpus in barathrum præcipitabitur cuius palato sacrosancta hostia inhæret integrâ? hic sacerdos, reponit judicium alter, impedimentum tollit. Protrahitur ex angulo, in quem præ timore sese receperat Sacerdos, & templum sine mora metuque adire ac hostiam exi-

eximere iubetur, præludentibus magna cum reverentia. E' phœbis & fores cùm sacrarij, tum tabernaculi aperientibus; ad sepulchrum ubi deuentum, hoc sese ultrò nec absque fragore aperuit, & corpus scelerati juristæ protrusit, ex quo dum Sacerdos hostiam accipit, atque in tabernaculum defert, ecce ingens de cœlo fragor & horrendum mugientia tonitrua, & artis nubibus protrumperentia fulgura & immunitia templo fulmina exaudiabantur: ex quibus illapsum unum sepulchro, sacrilegum corpus in ima tartari ad confortium Judeæ deturbavit. Hæc erat Catastrophe infelissimi Juristæ, quam cum de die posterâ enarraret Ecclesiastes & utramque tempestatis causam proferret, quid putamus hotrotis, stuporis, destationis Auditoribus incissum fuisse: maledixerint omnes singulique, & huic & ceteris omnibus sacrilegis epulonibus, Judeæ asseclis, tortoribus & crucifixibus Eucharistici Iesu.

*s. s.
Iesu sanguinem præculcat qui indignè communiqueret.*

Indignè communicare grandius peccatum est, quam sanguinem Christi effundere, quod ita probatum invenio. à Theophilastro in 1. Cor. ii. qui quondam pupugerunt Christum (puta, in flagellatione, coronatione, crucifixione, transfoßione) sanguinem eius non ut biberent, effuderunt ut verum, qui indignè sumit, babit ut profundat, profundit ut bibat. Moris erat apud græcos veteres, ut hospes convivis suis in fine epularum calicem propinaret, quem philothecium vel philotelem, seu extremum amicitiae appellabant, in illum enim aliquot guttas sanguinis de sinistro brachio eliciti immitebat, vinoque commixtum in signum summi amoris propinabat. Quod si quis amicorum calicem illum vel non bibisset, vel delibatum expuisset, imo abjecisset in terram, consputasset, conculeasset, vel venenum immisceret, an non is merito omnium pugnis contundendus, imo pedibus proterendus, & non tantum amicorum expungi numero dignus, sed in syllabum capitalium hostium primo ref:

referendum loco? calicem nobis propinavit in fine cœnæ vi- teque amicissimus Iesus, verè amicitia extreum: cùm dixisset *Ioan. 13. v. 1.* *Agnos, in finem dilexi eos, atque in hunc calicem immisit san-* guinem ex vena cordis sui, imo ex venis omnino omnibus, totumque vinum convertit in sanguinem; estnè aliquis qui calicem hunc amoris, calicem sanguinis, calicem salutis abjecere, conculeare, intoxicare ausit? heu sunt absque numerô plurimi, qui potum amoris convertunt in venenū sanguinis, potum salutis in cicutam mortis, potum divini sanguinis in fel aspidis, qui scilicet sibi judicium manducant & bibunt, quia indignè accedunt sacrosancti sanguinis prodigiij Divino corpori, ingrati immensa charitati, perfidi amabili cordi. Certè si fieri posset, ut in lingua, in fauibus, in ventre sacrilegi convivæ cor divinū sudaret denuo sanguine, angustiaretur ad mortem, disrumperetur in partes, certo certius ad tam atrox scelus angustiaretur, sudaret, dissiliret. Ad homicidæ præsentia non raro exsudant sanguinem occisum corpora, & non sudaret corpus Dominicum, in medio perfidi sui interemptoris positum? conturbatus est Iesus & infremuit ad ludæ præsentiam, & non fremeret in medio scelerati neo-Judeæ constitutus? ruptum est cor Iesu in cruce præ mortis angustia, & non rumperetur in corde lui crucifixoris constitutum & angustatum.

1. 6.
Afieſtus &
Quoties altari propinquat sacrilegus conviva, audio claverba Chriſti matris ex tabernaculo vocem: Ecce appropinquat hora & Filius ad sacrificium tradetur in manus peccatorum. Ego quidem sol Iustitia communica-
vellem te homo recreare, quia sanitas in pennis meis, sed tuos.
caber, non illuminaberis. Aquila solis radus recreat, noctuas excusat. ita S. Chrysostomus. O noctuæ latentem Majestatem non videtis, omnia videntem non attenditis, justum vin-
dicem non timetis? ego quidem panis vita sum, qui de cœlo descendis, & veni, ut vitam habeas, sed tu accipiter, non
m homo

82 PHILIPPIA XXXVII.
homo es. Panis hic alit hominem, accipire necas. ita Augustinus.
O rapaces violenti accipitres, accipitis culpâ vestrâ panem
gehennæ, non salutis. Ego quidem unguentum sum in vitam,
oleum effusum nomen meum, myrra & gutta & cassis à
vestimentis meis, balsamum non mixtum odor meus, sed
vos scarabæi non columbae estis. odor balsami columbi est in vir-
gam, scarabeis in mortem ; ita Gregorius Nyssenus. O Scar-
bæi ex inveteratis scelerum fodiibus, exite & synceræ be-
neficio poenitentia in columbas transite. si qua est anima,
qua transire non vult, & pascha cum Iesu celebrare renuit,
huic ego æternum vale cum Celada facio pag. 7. in Esther.
Vale anima de sobrio convivio ebria, vale adultera, vale
detestabilis, impia, terque quaterque infelix, te flamma ex-
pectat æterna, te horrendæ jam tartari fauces atripiunt, te
infernarum fornacum claustra in æternum jam coërcent,
ustulant. & cruciant vale.

PHILIPPICA XXXVIII.

In murmurones.

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

Murmurabant. Lucas 15. v. 2.

¶. 4.
Promissum ad
murmura fuit
subditi, sed
domino suo.

Quod Salvatori nostro ab eo tempore, quo constitutus
est Rex a Patre æterno super Sion montem Sanctum
eius, prædicans præceptum eius, toto videlicet prædi-
cationis & regiminis sui triennio accidit, ut murmurarent
non tantum Pharisæi & scribæ, sed vilissima quoque feceris
homuli, contra quos dicere Christum oportuit lo. 6. noluit
sophis et iure s idem hodieque pœnæ omnibus Magistratibus
com-

Dominica III. post Pentecosten. 83

contingit, ut quidquid agant, statuant, imperent, insano
murmure pleraque eorum dicta, facta omissa excipiuntur.
Si hic vel iste ad senatum, aut ē senatu, ad consulatum eve-
natur, mox murmur in populo, quale in Israēlitico contra
Moysen excitavere Core, Datan, Abiron, quod Aaroni
summum Sacerdotium contumissem. Verū ut primipili hi
murmurones eō diutiū protrahere, absque audientium ta-
men molestia, murmur possent, à terra absorpti vivi descen-
derant in infernum, ubi sequaces suos præstolantur. Si exa-
ctiones novæ vel onera imponantur, murmur ocyūs exurgit
longè molestius, quam stridula in curru rotæ, quo equidem
aures Dei gravissimè lēdantur. hinc illæ plagæ Israēitarum
in deserto quasi dolensum præ labore. quod cūm audisset Do-
minus, iratus est, & sicut ex rora non inuncta & stridula i-
gnis facile excitatur, ita refractariorum murmur ignem fu-
rotis divini accedit; unde facet Chronologus adjungit:
quod cum audisset Dominus, iratus est, & accensu in eo ignis Dominus
& devoravit extremam partem castrorum. timeat ignem, qui amat
stridorem. Si denique leges statuantur novæ, aut expensæ in
commune bonum erogantur, repetitur mox illud: *ut quid*
perdidio hac? verū ex ipsa voce avis agnoscitur, & novus
Judas deprehenditur, fur & proditor, bono privato, non pu-
blico studiosus. *Qui resistit potestatis, Dei ordinantis resistit,* quid
sequitur? & sibi damnationem acquirit Rom. 13. contra mur-
murones itaque Phariseos, dum ago, nolite murmurare in vobis,
& non tantū omnia facite, sed etiam audite sine murmurationibus

Nurs. 11.

5. 5.

Музыка
— 15 —

Murphy's market

S. 2.
Murmuren
morte digni-
ficationis. 1. Reg. 10.
Saule in Protoregem Istraëlitici populi electo, cùm Thra-
sones nonnulli contractâ fronte, corrugato nalo, compressis
supercilij lingua in Christum Domini acuisserent, num sat-
vare nos poserit iste? accedit post mensis intercapedinem, ut
Ammonitarum tyrannus Naas eivitatem Gaaliditarum Jabel
arctissimâ obsidione urgeret, nec alia pacis foedera admis-
set, quam oculorum dextrorum effosionem. Audijt hæc

J. REZ. 10.

卷之三

四

Saul, aratrum paternum fortè fortunā lecutus, urgenteque ingenuum animum entheo Spiritu bovem utrumque in frusta concidit, & frustis pro classico usus, in omnes Iraelis terminos misit nuntiatum; adessent quantocūs, quorū virilem cū veste gererent animum, alioquin ita bobus uniuscujusque futurum, prout concisis hīscē factū videbant. nova hæc Regis novi exactio tam efficax fuit in tribubus Iraelis, ut populus mox ingens congregaretur, quem Saul imperator in hostem dicens, ita cecidit, fugavit profigavitque Ammonitas, ut nē duo quidem simul remanerent. voluit nimirū Deus nōprincipi prodigiosā hac vistoriā conciliare authoritatem, & nuperum murmur compescere faustiorique applaudere murmure, quo passim exclamabatur: *quis est iste, qui dixit: Saul non regnabit super nos?* date virtus & interficiemus eos, ubi sunt, qui Sauli oblocuti legitimū contempsēre principem? victimæ mortis prodantur, producantur, trucidantur, ut orbi constet universo, periculose eos contemni suggestaque, quos suo Dominator universorum suffragio in daces populi constituit: *quis est iste, qui dixit, non unus dixit, sed plurimi, cur ergo unus inquiritur?* inquiritur unus, quia unitas numerum non facit; ut constiter nullo eos in numero apud Deum hominesque censes, qui legitimo Magistratui suo obtrectare audent.

*Murmurones
pecuniasq. s.
militudines
definiuntur.*

Demus nihilominus plurimos & innumeros esse, ut omnino sine numero murmuronē est invenire: juvat iterum ac tertio querere: *qui sunt isti, quibus sine murmure vivere videtur impossibile?* imprudentes & indisciplinati sunt, ita pronuntiantē Siracide: *vir prudens & disciplinatus non murmurabit.* c. 10. vata vacua sunt, quæ vel levem pulsū sine murmure ferre non possunt. *sunt, tuane est.* aptissimè Bernardus: hospitium cordis nostri per inhabitationem S. Spiritū impleri debet & sanctificari. nostræ divitiae sunt boni mores & virtutes. Sed si incipiimus murmurare, statim ab his sp̄itu-

R. Reg. II.
¶. 12.

as. mult.

g. 3.

*Murmurones
pecuniasq. s.
militudines
definiuntur.*

1586

ritualibus bonis vacui remanemus & nudi. Sic Bernardus, *qui sunt isti?* lacui Lucernensi similes, in quem Iapillus inje^{S. Bernardus lib. de modo} sus grandem causare solet tempestatem, & pratis satisque bene vivendi. exitium afferre; calculum aliquem Magistratus aut foliolū di. quod vento rapitur, in oculos, aures, animosque iniiciat, horrida mox ab infrænatis murmuronum animis erumpit tempestas, vomuntur tonitrua, jactantur fulmina; proh laetus insaustos & fatales! *qui sunt isti?* muscæ caninæ sunt, serpentes igniti sunt, filij Belial sunt. inter ferales Ægypti plagas muscæ caninæ fuerunt, seu cynomyiæ (ita legunt Origenes, Sanctus Augustinus, Philo) quibus adeò afflita Pharaonis Regia, ut plagam eam scriptura vocet gravissimam: & venit musca gravissima Exod. 8. v. 24. Inter rebus publicarum plegas, quas princeps hujus mundi gaudet immittere, permittere autem solet justus oculorum arbiter, sunt ejusmodi muscæ nūlliantes & pungentes, latrantes & mordentes non tantum Magistratus infimos, sed supremos, ipsum adeò ter maximum Deum. ô muscæ caninæ à Beelzebub emissæ, & cerberi infernalis sanguine ebriæ, quin oculis eo reditis, unde existis.

In poenam insolentis murmuris à rebelli populo adversus legitimū Magistratum excitati immisso legimus serpentes ignes Num. 21. à v. 6. quorum venenatis mortibus interierunt plurimi, dum miserantis Numinis iussu serpens natus: hic serpentibus puniuntur, qui serpentum virulentius in remedium erectus à Moysē fuisset. Aptè, ait Cor. 11. 15. *qui imitantur, murmuratores enim & Magistratum cōtempnatores acuerunt lingnam suam sicut serpentes, & serpentibus pf. 119. v. 4.* pejus omnibus mordent in occulto. Vomuit draco ignes superiori saeculo propè Landoviam, quibus segetes & frumenta incendit, ideoque colonos pervigilare ad extinguendos 1558. agnides reipublicæ damna inferunt, quibus amoliendis nullæ vigilæ

86 PHILIPPICA XXXVIII.

Vigilie nulla sufficiunt poenae, serpentem æneum Moyses erexit, quem aspicientes à lethalibus serpentum mortibus sanarentur; Filium Dei vivi in patibulo crucis affixit divina misericordia, ut respicientes in authorem fidei & consummatorem Iesum, disceremus obedientes fieri usque ad mortem; non sibilare, non murmurare, non ignes & vena spirare, sed agni instar coram condente obmutescere. Obedire, mori. Exclamat hic mellifluus Doctor: quam dulciter Domine Iesu cum hominibus versatus es! subditus sine murmure, obediens sine contradictione, patiens sine odio, quam abundantius multabona hominibus largitus es! quam fortior tam indigna iam appetita & dura pro hominibus passus es! dura verba, duriora verbera durissimæ supplicia. O dari & indurari & obdurari filii Adam! quos now emulsi tanta fluma, tanta benignitas, tam vehemens amator. ut in eius gratiam subdi discant, obedire gaudeant, moti malitiæ, quam a vel levissimo murmure legitimæ potestati adversari.

S. 6.
Murmurones
filij diabolorum

Verum filij Belial, filij & viri absque ingo, inobedientia rebellionis, impietatis affecte inimico suo murmurante documenta dant, quæ sunt ab origine nati. vos ex Patre diabolio estis & desideria patris vestri vultus perficere, qui videlicet refractario murmure pacem turbavit in cœlo, tertiam Angelorum partem terræ centro occlusit, in paradiſo vero venenato suo sibilo protoparentes intoxicatebat & paradiſo exhibavit, atque hunc reprobationis characterem omnibus filiis suis, qualis Judas, afflavit, ut audacter impudenterque obmurmurarent. Dignissima notatu est S. Bernardi gnomologia: murmurare grande peccatum est, nemo qui murmurat, cœlum intrat, nemo qui cœlum adit, murmurare potest, qui murmurat, venenum diaboli in lingua portat, caveamus proinde murmura, nè mortifero & diabolico veneno prereamus.

S. 6.
Murmurones
gravissimæ

Et quid quæso emolumenti, quid voluptatis, quid hororis suo reportant ex murmure? facti sunt sibi met ipsi graves

Dominicæ III. post Pentecosten.

87

graves, atque ut loquitur Apostolus: ipsi sibi damnationem acquisi- pennis obnoxii Rem. 33. 6. 2.

tant, non æternam modò (væ enim illis, ipsi in contradictione Core abiérunt.) sed etiam temporalem, ut nullam in animo tranquillitatem, nullam foris jucundam societatem sortiantur. Israëlitæ terræ promissa jam vicini ob insanum murmur, quod anno secundo ab egressu, mense julio contigit, in asperrimam reducti sunt solitudinem, annosque triginta ibidem exigere, & murmuris sui poenas dare, imo, & terra lactifluâ æternum exulare debuerunt: hic murmuris collicet fructus est. omnes qui numeratis estis à viginti annis & supra terrâ murmuratis contra me non intrabitis terram. Vide hic quid mercatur murmur, quamque Deo displiceat, ac time, nè si tot centena millia ob murmur unicum exclusa sunt terrâ promissa, perieruntque ac sepulta sunt in deserto. ita pariter & tu, si murmures & inobediens sis Deo eiusque Vi-

ce eiusmodi murmur. est, ut lethiferæ noxæ reum judicent S. Augustinus, Ambrosius, Bernardus innixi verbis Apo- ep. 50. S. Bernar-

doti Rom. 13. v. 2. quis autem resistunt, ipsi sibi damnationem co- nardus lib.

naturam & v. 4. ideo necessitate subditæ esto, non solum properirat, de præc. & dispensat.

sed etiam properitatem conscientiam, ex quo arguit Cornelius hic leges civiles etiam gentilium impiorum & infidelium principum obligant Cornelius à in conscientia sub peccato mortaliter secluso quoque scandalo, si res gra- lapid. in ep. ad Roman.

grave nimirum est, ut peccato idolatriæ conferat S. Gregorius explanans illa Samuelis ad Saulem verba i Reg. 15. quasi seclusus idolatriæ est, nolle acquiescere. Tam grave refractariorum murmur est, ut ipisis adeò aviculis sit intolerabile, he enim Salomon monet Eccl. 10. v. 20 in cogitatione tua & aures eis portabunt vocem tuam, ut à supremo Numine seve-

ram murmuris poenam exigant.

Subditæ

PHILIPPICA XXXVIII.

*Subditi estote, ait iterum Paulus, non solum propter iram tum
Dei tum hominum, sed etiam propter conscientiam, quæ latari
non potest, cum in ea inquietum murmuris peccatum ve-
luti musca müssitat, velut anguis sibilat, velut Cerberus al-
latrat; perduelle cor Absalonis tribus confixum lanceis
cœlum inter terramque pendulum (quasi neutrum sustine-
re vellet aut posset sceleris atrocitatem) Joab reliquit, plus
quam tribus jaculis cor murmurorum configitur in poenam,
quod jacto murmurantis lingue uno velat istu tres lau-
ciarit, audientem scilicet, coram quo murmuratum est, &
Magistratum, in quem murmur effusum est, Deum quoque,
cuius ordinationi resistit, qui vicariae resistit & obmutu-
rat potestati. Notavit Doctor Angelicus gravius favitum
à Divina iustitia in eos, qui Moysi obtrectarunt, quam qui
vitulum aureum adorarunt, in hos enim gladius duntaxat
Levitarum grassatus est, in illos verò ignis debacchatur ex-
litus, terra infremit funditus, & vivos spirantesque in ima-
tartari deturbat, ut sæculis omnibus constet, quam exos fu-
premæ Majestati sint, qui impio in Magistratus tūm sacros
tum politicos murmure delinquunt.*

s. 7.
*Castigandi
murmurones.*

*Quin ergo & aures & ora murmurom, si verba nou-
sufficiant, verberibus obturemus, aut si neutrum valeamus,
cane & angue pejus fugiamus, damnemus, execremur, ne-
ut Apostolus moner, involvamus in peccatis eorum, &
sicut cum infelici illa triade Core, Datan, Abiron, omnis
familia (ducenti quinquaginta viri) perit, vel ob ipsam
murmuronum infamia nam præsentiam præsentii vita
salutisque discrimini non exponamur.*



PHI-

Dominica IV. post Pentecosten.

39

PHILIPPICA XXXIX.

In neglectores concionum.

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN.

*Cum turbæ irruerent in IESVM, ut audirent
verbum DEI. Lucæ 5. v. I.*

*S*upete admirabilem populi fervorem in verbo DEI Ingens pauperrima
teper in con-
sionibus audi-
tudine.
excipiendo! ædibus & urbibus suis excurrunt, maris lit-
ora petunt negotijs omnibus sepositis, periculis omnibus
neglectis ad Iesum properant verbi divini desiderio inflam-
mati. Non currunt, ut miracula videant, sed ut audiant
verbum salutis; non conveniunt ut à langoribus corpo-
ris persanentur, sed ut animæ suæ medicinam recipiant.
Nec currunt tantum, sed irruunt in Christum, inque com-
prehensione populi frequentissima, stant nihilominus im-
moti & audiendo perseverant. ô turbæ! quam vereor, né
in die judicij contra plurimos Christianos insurgatis, eosq;
Minivitatum suffragijs adjuti accusetis, condemnatisq; quod
verbi audiendi gratia pedem movere, templum adire, per
horulam sedere, tacere, vigilare detrectent. non desunt
hinc temporibus populo Christiano conciones, sed ipsi
concionibus desunt. forte & de hac urbe dici potest, quod
Gorentiæ Saracenus auditâ concione illachrymans dixit.
Hæc concio Damasci audiretur, ubi degunt centum mil-
lia hominum, superos inferosq; contestor, facile octoginta
quinque millia ad fidem & salutem converterentur, ubi hic
dece octo quidem. Talis est infelicitas ævi nostri asperudo,

n

ut

ut ipsa concionum assiduitas vilescere faciat conciones & rarescere auditores. Concionetur hodiè denuò Vincentius Ferterius, videbimus, utrum habebit iterum octoginta millia auditorum, quæ nec templum, nec forum ipsum capiat. Dicat Antonius de Padua sub ardente sole, aut densa in pluvia, quot stabunt immoti? differat facundius quam unquam Gregorius Nazianzenus, non referet id solatium, quod orat. 12. consignavit, sed videlicet per plures horas auditum esse eâ attentiōne, ut nullum marmor, nulla tuſis, nullus screatus, mūllatio nulla, nisi fortè erumpens quandoque gemitus audiretur. O tempora! O mores! in neglectores itaque & osores concionum feror hodie, ut cum ipſi ad audiendum verbum Dei nolint cum hodierna turba irruere, mea in illos hodie irruat oratio.

S. 2.
Neglectores concionis gra-
fecti cibos usque adeò versantur; ut nec odorem sufficiunt labore valeant, dictentq; mori se malle quam comedere; inde rante en morbo fit, ut vix ossibus hærent, & tanquam incurabiles à Medicis deserantur, nam ut ait Sanctus Gregorius, *horum profecti vita desperatur.* Marasma in animo laborant, qui nihil de verbo Dei audire nolunt, nec olfacere quidem cœlestis hujus cibi odorem sustinent, gravis est illis omnis mentio concionis, si quando super menta à domesticis refertur, quid pro sacrificis rostris dictum sit, silentium max indicunt, sermonem alio derivant & illud maledictorum iudiciorum repetunt: *deinde est hoc sermo,* gravis est sermocinator non modo ad audiendum, sed etiam videndum. Ex quo indicio indubitate colliges proximos illos morti & inferno esse, uti Psaltes prædicti psal. 106. *omnes escam abominantur anima eorum,* ap. propinquaverunt usq; ad portas mortis. animarum esca est verbum Dei devotè auditum, attentaq; consideratione digestum, quam escam quisquis abominatur & rejeicit, morti magnis passionis appropinquit. *gravis morbus,* exclamat Cassiodorus in cat.

Ioh. 6. v. 46.

in cat. pl. & exēranda calamitas divina legis appetentiam non habere, nam unde possit vivere, si suam vitam capie non aware? quam chara nobis vita, tam chara est auditio verbi, nè Christus animarum Medicus nos deserat, & ad portas mortis seu inferni, ut explicat Sanctus Ambrosius in c. 9. Luc. nos devolvit patiatur. Tam enim severus in Concionum negligentes Deus est, ut non tantum permittat illos perire, sed insigniter perire & extraordinariā viā ad orcum properare, prout ex verbis justi judicis ps. 80. v. 12. & 13. colligo: non audiuit populus meus vocem meam, & Iraël non intendit mihi, & dimisi eos secundum desideria cordis eirum, ibunt in adiventionibus suis. Tremenda omnino poena, & ipsa substantia & proprietate morte ac damnatione gravior, peimitti à Deo secundum infruniti cordis desideria, ut exquisitè sint reprobati, & profundissimum infra Turcas & gentes infernum mercantur, ibunt in adiventionibus suis, idola sibi mirabilia fabricabunt, idæas novorum sceletum procudent, novas irritandi Numeris artes invenient, & hoc unicè idèo, quia non audierunt vocem Verbi, non intenderunt Deo per os Concionatoris verba vitae loquenti.

Primo Reg. 3. claram vocem Dei Samuel audit, Heli non audit, quia Samuel vigilabat, Heli stertebat, ita innumeri non audiunt verbum Dei quia pravis consuetudinibus indormiunt, vel quia sibi ipsis plus nimis sapiunt, & parvuli in oculis suis esse nolunt. Revelantur enim parvulis & absconduntur sapientibus secreta cœlestia. multi ut Heli nihil vident, nisi lucernâ extictâ, hoc est, suopte ingenio se omnia prævidere, & alienæ doctrinæ lumine minime egere dicunt, quia cæci sunt, noctuæ sunt, filii Beli sunt. Ex hoc numero Pharisæi erant, qui non tantum Verbum incarnatum audire contemnebant, sed & populum suum plicem, Verbi avidum auditorem idcirco maledicebant, quod Christo adhæceret, & triduo subinde integro cibi potusq; oblitus

Similes sunt
cœcienti He-
li & cœcissimi
Pharisæi.

ab ore Christi penderet. En quid maledici loquantur Ioh. an. 7. nunquid ex Pharisais credidit in eum aliquis? nemo, si unicum leprosum Simonem excipiam, de quo dubito, utrum non crediderit, cum audierit Verbum Dei Luc. 7. Simon habeo aibi aliquid dicere, ceteri non crediderunt, quia non audierunt: fides enim ex audiens, quis ergo credidit? loquuntur ipsi: sed turba haec, quae non novit legem, maledicti sunt. Ita maledicæ linguae, in quas cum Augustino exclamemus: non malefici sed benedicti sunt, qui audiunt & eridunt, è contra vero certissime maledictioni obnoxij, qui tempore concionis vel in popina potitant, vel biblia domi suæ corrupta legunt, vel rationes componunt, vel spatiat pergit, contra quos Deutero: 28. fulminat Deus: si audire nolueris vocem Domini Dei tui, maledictus eris in civitate, maledictus in agro: maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.

^{¶ 4.}
Non ita ani-
mum penetrat-
recessus, sciat au-
titus.

Nemo egrediatur idcirco ex Ecclesia, ut Dominus suz possillam evolvat, vix enim ibi leget benedictionem, sed ibit in adinventionibus suis. certè si eadem omnino legas, quæ audis, non ita lectio aut repetitione, ut viva voce te moveri comperties. Petrus unicà concione Act. 2. v. 41 convertit tria millia, & quidem plerosque Christicidij complices, & effusi innocentissimi sanguinis reos, ex quibus vix unus forte conversus fuisset, si eadē legisset in biblijs, quæ ex ore Petri accepit. Paulus Doctor erat Scripturæ, nec item inde convertitus est, at postquam brevicolam Verbi incarnati ex cathedra nubium concionantis, imò tonantis vocem audivisset, in aliun vitum abiit Act. 9. Thomas eadem de resurrectione Dominica figuræ legerat, quas dominus Dominica resurrectionis allegarat, sed quia viva vocis non interfuit, ab interitu parum absuit. Nabuchodonosor vidit impudentia sibi mala, nec tamen respuit, at ubi concionem Danielis audijt, conversus salutis suz spem reliquit.

Keliquit. Quodsi concionem Danielis contemplisset Nabuchodonosor, concionem Christi Thomas & Lazarus, concionem Petri in Pentecoste tria millia, fortasse eternum periissent. Conculcatus est Dux ille, qui Elisæ concionem derisit 4. Reg. 7. & merito conculcatus in portæ introitu, quia & ipse verba concionatoris in aures & aenum non admisit, sed in aurium ostio conculcavit? conculcantur similiter ab Angelis & dæmonibus, qui in verbi divini contemptum se templo proripiunt, aut pedem in Ecclesiast audiendi verbi gratia movere renunt.

Damnatus Epulo rogat Abrahamum, ut mittat Lazarum ad quinque superstites fratres, ad prædicandum ijsdem supplicium Epulonis, nè & ipsi in locum tormentorum ve- nient Luc. 16. ecce damnatus rogat concionem fieri fratibus suis, nè damnentur, & audebit quis dicere, concionem non esse necessariam, ab eaque concives suos abstrahet? nè ego dæmonis vices gerentem dixerо, quisquis alterum ab auditione divini Verbi velut Judam Sathanas astrinxerit. Si enim Chrysostomus homil. in c. 12. Matthæi dicere ausus est, advocatum diaboli egisse illum, qui tempore concionis Christum intentione ut videtur non malâ admonuit, sed sanctissima Matre præ foribus stante, filijque audientiam præstolante: abhuc eo loquente dixit ei quidam: ecce mater tua & fratres tui foris stant Matth. 12. v. 47. in qua verba Chrysostomus: venit aliquis quasi diabolus advocatus, qui humano agere censendus est, qui non tantum sacrum interturbat Oratorem, sed ab audiendo Dei verbo abstrahit auditorē. Pendet non raro ab unius auditione concionis salus hominis eterna, quam proinde neglexisse, est damnationis suæ initium fecisse. Initium salutis in Magno Antonio fuit audiisse concionem unicam, cuius Thæma erat: si vis perfecte

^{¶ 5.}
Neglectio
Epuloni
damna
deterrage

esse, vade & vende, hæc mihi dicit Dominus & Deus meus, ergo ibo, vendam, sequat vocantem. Initium Seraphies conversionis in Francisco fuit vox illa pro concione auditæ nolite possidere aurum neq; argentum. Simeonem Styliten hæc vox: beati qui lugent, annos octoginta stare fecit in columna. Babylas Mimus audijt pro rostris repeti: pænitentiam agit appropinquavit enim regnum celorum: & compunctus tantoperè fuit, ut redux domum, concubinis duabus valedixerit. Nachus futurus. initium è contra damnationis in quā plurimis fuit eritque Verbum Divinum non recepisse. Si cut enim teste Ioanne quotquot recuperunt eum, dedit eis postquam filios Dei fieri, & teste Lucæ glorificabant Verbum Domini, quotquos erant praordinati ad vitam eternam Act. 13. v. 48. ita vicissim quotquot Verbum non recipiunt, non glorificant, non concupiscunt, imò negligunt, exsibilant, conculent, præsciti sunt ad mortem. Cainum, Pharaonem, Achabn, sexcentosque alios facile adducerem, nisi brevitat temporis consulere, satius foret.

Ioan. 1. v. 12.

g. 6.
Similitudines
Verbi Divini.

Qui congruè nōsse vult neglectarum damnum concionum, in mentem obiter revocet, quibus Dei verbum similitudinibus in divinis literis effatur. Verbum Dei cibus est, Medicamentum est. Aqua mundans est. Vita animæ est, semen est salutis. quām necessarius homini quantumvis sanguis est cibus, infirmo pharmacum, inimundo aqua, mortali vita, agro semen, tam necessarium est Verbum Divinum omnibus vivere volentibus in Christo. cibus mentis est Verbum Dei, inquit Sanctus Gregorius conformiter ad id Sap. v. 16. 26. sermo tuus paf. it homines. unde & Christus tentatori Matth. c. & v. 4. reposuit: non in solo pane vivit homo. Medicamentum vocatur à Davide & Salomone ps. 106. v. 20. misericordia verbum suum & sanavit eos, & Sap. 16. v. 12. neq; verba nostræ malagraz sanat peccatores. sed sermota u, qui sanat omnia peccati vulnera. Aquam mundam joel pronunciavit, & Veritas

tas ipsa contestata est Ioan. 15. v. 3. iam vos mundi eis propriæ sermonem, quem locutus sum vobis. vita quoque appellationem idem Salvator verbis suis indidit: verba qua locutus sum, Spiritus & vita sum Ioan. 6. v. 64. hinc & os justi vera vita prov. 10. v. 11. appellatur. Semini idem verbum à Verbo incarnato assimilatum legimus Luc. 8. Seme est verbum Dei, si nō quæger humani cordis, nil nisi zizania germinabit. ut proinde in neglectores divinae sementis jacta fuisse videatur illa irati Numinis maledictio: maledicta terra in opere tuo, spinæ & tribus Gen. 3. v. 18. germinabit tibi.

Quām necessaria in medijs noctis obscurissimæ tenebris lucerna ardens, tam necessarium nobis in densa cœpitatis humanæ nocte est Verbum divinum, ad quod anhelavit, qui dixit: lucerna pedibus meis verbum tuum. & lumen seminis mei ps. 118. v. 105. quām necessarius militi est gladius, tam necessarium homini, cuius vita militia, est verbum Dei monente Paulo Eph. 6. v. 17. assumite gladium Spiritus; quod est Verbum Dei. Dedit Jeremias supplici suo clienti Iudea Machabæo gladium 2. Machab. 15. & victoriæ promisit: accipe gladium sanctum munus à Deo, in quo decices omnes adversarios tuos; quod & re ipsa Judas præstítit, & milites suos cohortatus ad pugnam, pollicitusque indubitateam victoriæ, non aliâ eos armaturâ induit, quām gladio Spiritus teste scripturâ: armavit Iudas suos non clypeo & hasta munitione, sed sermonibus optimis & exhortationibus. Hunc gladium Iesus ipse venit in terras mittere, docuitque exemplo suo pugnare, vincere, triumphare.

Vix quidquam severius ac nō verius quidem in neglectores divini Verbi dici potest, quām quod doctrinæ & sanctitate celeberrimus Drexelius dixit: affirmare aio, quis concionum iuris sacras conciones temere negligit, certè iniùs & in cœlo nequam peccati & re possunt, infallibilia enim sunt illa æternæ Veritatis verba Joann.

B. 7.
Verbi Divini
necessariæ.

B. 8.

Neglectores
dictio Drexelij

PHILIPPICA XXXIX.

Joann. 8. propterea vos non auditis, quia ex Deo non esis. Si ex Deo non sunt, ergo reprobri, ergo vitijs ultra aures pleni, ergo desperati sunt, sicut vicissim manifestam salutis spem habent, qui quidvis aliud negligere malunt, quam Verbum Dei. assecurat ejusmodi S. Hieronymus, quod prædestinationis tesseram circumferant: *nullum est maius prædestinationis signum, quam libenter audire Verbum Domini.* quid è Hieronymo? nunquid majus est frequenter commuicare, devotè orare, eleemosynas clargiri? negat S. Hieronymus & cum eo Cyrillus Alexandrinus lib. 9. in Joann. c. 11. audacter pronuntians, & Judæ exemplo demonstrans, magis satagere dæmonem, ut à concione homines, quam à Sacramentorum perceptione impedit, avertatque. *inter ea que fiduciam prestani.* inquit Sanctus Bernardus Ierm. i. in Septuag. & materiam spei unum id est maximum est: *qui ex Deo est, verba Dei audit.* & infert contra neglectores: *in his ergo salutis signa non video, magis autem videror, nō ferre propterea non audiant Verbum Dei, quia non sunt ipsi ex Deo.* His quid vehementius dicam non habeo.

PHILIPPICA XL.
In Pseudopoliticos.

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN.
Nisi abundaverit Iustitia vestra plusquam Seribarum,
& Phariseorum non intrabitis in Regnum caelorum.

Matth. 5. v. 20.

Pharisei mul
tos Christianos **F**allat! nisi plerique Christiani omnibus deterioribus ferendi

Dominica V. post Pentecosten.

terendi sunt. Quod nè audaciùs quam verius à me dictū videatur, ad opera Phariseorum provoco, ex quibus cognosci possunt. Eleemosynam illi immensam erogabant, ad casque recipendas tubā convocari pauperes faciebant, eccliarum redditores accurati, in gazophylacium tempi grandia inferebant donaria; Christiani è contra au- pli non raro claudunt, nè voces pauperum exaudiant, perdidisse se autem, quidquid Eccl. siæ donant. Pharisæi in orationibus propalam in platearum angulis, absq; respectu humano faciendis assidui, observatores jejunorū festorum austerrimi, tenerimq; in templo manè, vespere, noctu frequentissimi, legis divine, quam in fronte, & manicis gestabant, zelatores acerrimi, blasphemiarū & impudicitiaz hostes jurati, unde & publicanorum con- vivia, & peccatarium consorcia cautissimè devitabant. & quid horum plurimi Christiani? pudet palam ad campanæ signum orare, piget Sabbato vel eamibus abstinere, laudet in templo impudentem non esse, piget frontem eru- poh nostra eoram Phariseis confusio; subsannatio, con- demnatio! & tamen veritas asserit: *nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Seribarum, non intrabitis regnum caelorum.* Non inveniens nisi Phariseorum iustitia justissimo Numini, nam inanis fuit, quia lex inanis fuit, quia ex inanis gloria mortivo, propter interesse, ut ajunt, proprium processit. Quod tamen idem prorsus sit studium nostratum pseudopolitico- rum, non me amplius contineo, quin omnes intendam retro ad eosdem salubriter perstringendos.

s. 2.
Querela Iusta
Lipsey contra
nostris tempora-
ris mores etc.
z. ip. 6. Verissimum est quod iustus Lipsius scripsit: irritam⁹ quotidie magnum illud Numen, & quasi puniendi iustæ causæ non sint, damus novas. quando luxus, fastus, libidino major, impunitior & religio passim nunc in ore, im- probi.

probitas in corde. verba pietatem sonant, facta ambitionem, avaritiam, nec in uno altero, sed apud plurimum ordinem, etatem, sexum. hæc ille Justus. Fermen-
tum hoc hypocrytos totam naturam humanae malitiam infecit, ut nulla regio, urbs, pagus, communitas nulla para sit ab hoc crimen pessimo (ita Richardus hypo-
nominat) & pre ceteris abominando, de quo Josephus
tres suos apud Patrem accusat, & quod Deus singulatiter detestatur.

L. 3. O hypocrita! o pseudopolitici! quibus ego vos con-
feram, quibus coloribus ad vivum exprimam? dicamus do-
hypocitarum rapaces sub ovinis pellibus lupos, ululate cum lupis do-
& tituli qui-
bus à SS. Pa-
tribus de deco-
ranur.

Tertullianus foris plumas candidas, intus carnes subnigras habent: ex-
Tertullianus foris canditantes probitatis specie, intus nigri sunt terra vulturum, le-
be, at non cantabant in morte cum cygnis lavaviter, le-
horrendum vero ululabunt. Dicamus cum Damiano niv-
es? nive alba est, sed frigida, hypocrita ad instar nive est abitu-
sed frigidus, quia pisi se quidem operibus deservire simulat, sed ex-
scera solida pueris ignorat. at orientur aliquando Sol iustitia, disolvetque has nives, ut quid sordidum sub iisdem la-
March. 23 tuerit, orbi pateat universus. dicamus cum ipsa veritate, ut
v. 27 sepulchra de alba, at utinam sepulchra essent crystallina, quale Ptolomæus Alexandro Magno legitur ex alijs, ut
quanta intus condita sint vitiorum cadavera, ad omnibus con-
perspici possit.

Petr. Dam. I.
6. ep. 32.

March. 23
v. 27.

Concurrent Doctores de titulo, quo hypocrite insigni-

endi, ut eò magis odio omnium digni demonstrentur. vo-
tertull. de
spec. c. 26.
tat eos Tertullianus adulteros viri, Divus Hieronymus, D. Hieron-
monstrosas seu chimeras, Sanctus Ambrosius bestiales foras, ep. 28.
formam hominum induas, Sanctus Bernardus, servos Antichristi S. Ambr. lib.
bandus Gregorius, Antichristi membra quia omnium hypo- 6. hex. c. 8.
titatum caput Antichristus, Divus Athanasius martyres S. Bernardus
diaboli, Sanctus Chrysostomus diaboles incarnates & visa da- serm. 33. in
cant S. Greg. 1. 25
mersl. c. 14.
S. Athanasiu-
s. 1. de simili.
S. Chrysost-
homil. 43. ad pop.

Magnus hypocrita est diabolus, ipse se transfigu-
rat in angelum lucis, ait Sanctus Antoninus. cecidit dia-
belus ut fulgur: vidi Saharanam sicut fulgur cadentem Luc. 10.
& tamen draco erat: proelium est draco Apoc. 12. per appa-
rentiam fulgur, reipsa draco, qui hianti rictu universos
homines appetit, idcoque in angelum lucis se hodieque
transfigurat, unde signanter à Christo dictum est: vidi
Saharanam sicut fulgur, quia deictus. Bedam ex Sancto Tho-
mas in cat. recito, adhuc transfigurat se in angelum lucis, ex-
hibitus sese denud in fine vita draconem, quando vi-
policei assecas suos hypocritas deglutiet, quemadmodum
monachus illi accedit, de quo testis oculatus scribit Gre-
gorius lib. 4. dia-
log. c. 38.
ne yobisum credebatis jejunare, occulte comedebam.
Ecce nunc ad devorandum draconis traditus sum, qui
intra os meum mittens, spiritum meum eibens ex-
hicit. Hæc ille eum dixisset, impoenitens vixit, atque
cum abiit, cuius personam in hac vita scena exegit.

An non hypocrita ille dæmon in laudes Christi pro-
fessimus: sine; quid nobis & tibi Iesu Nazareno, renisti per-
tene nos, serio te, quod sis, Sanctus Dei Luc. 4. v. 31. verba ad Hypocrita si.
luminaria pulchra, ecclastia, divina, sed scelerata mente
luminaria est ei Iesu dicens obmiserio. noluit enim, ut Spi- Marc. 1. v. 25
ritus

ritus mendax veritatis fieret testis, ait Laurentius Justinianus. Tales linguis habent pseudopolitici nostri melle plenas, cùm cor felle magis felleum sit; amicitias meras loquuntur, nec nisi vindictam & funera spirant, servos & clientibus se simulant, nec nisi tyrannides moluntur, iudæis illis Christicidis persimiles, qui dum cædem cruentissimam molirentur, immunissimi tamen à morte illa videri affectabant, uti acute observavit Augustinus in ps. 63. excuerunt ut gladium linguis suas. ipsum est totum acumen judæorum, hoc est, quod pro magno quæsierint. Occidamus & non occidamus; sic occidamus, ut non ipsi occidisse judicemur. acerba & acuta consilia! nondatur per nos, sed per discipulum suum, non occidatur à nobis, sed à judge, totum nos faciamus, & nihil feruisse videamur. & ubi est clamor lingue? crucifige! crucifige! si cæci estis; ut & lardi sitis? simulata innocentia, non est innocentia, simulata æquitas, non est duplex æstus, sed duplex iniquitas, quod & iniquitas est, & simulatio. Hæc adverbum Præsul Hipponensis.

E. 5.
**Hypocrita us-
pant ut pan-
disicutudin.**
Hypocritæ sub signo scorpij nati videntur, scorpioniū enim genium & Virus æmulantur; judicium hoc Tertulliani est in scorpiaco c. 1. tot venena, quoq; ingenia, tot perniciē, quoq; species, tot dolores, quoq; colores, & tamen unus omnium violentia gestus, de cæda nocere. nunquam pungit Scorpions, antequam uncat, carnem leniens & ore lingens. unde Plinius: obliquo & inflexo ictu subdolè ferit. vide Judam inflexum ad osculum. o Judæ osculo filium hominis tradis? osculo me tradis quod est signum amoris, & indicium veræ dilectionis inquit Sanctus Paschalias lib. II. in March. pignus offers vera pacis, sed vulnus infligis & venenum serpenti. Similiter Sanctus Ambrosius in ps. 39. venenum infundit osculo, quo gratia caritatis infunditur, osculo quod sacra pacis insignis est, osculo quo amicitia fida firmatur, osculo tradit pericula quæ-

quem propter osculi commercium venerari deberes. Sed habet Iudas multos fratres, plurimos alleclas, apud omnes enim hoc tempore / multum est calumniarum, perjurij, fallacie, ac doli. ubique labia dolosa in corde & ore locuta sunt ps. II. labio blando, inquit Tigurina; at corde duplaci & diverso loquuntur.

E. 6.
**Hypocrita a
nequissimus se-
psum spiritibus
posse.**
Spiritus ille nequam, qui in cor Judæ intravit, per multorum corda coloniam dixit. hic est Spiritus ille immundus, de quo veritas Lue. I. v. 23. cum immundus sit, exerit de nomine: vadit & assumit septem alios spiritus se eum, nequiores se, & ingressi habuunt ibi. placet scire, qui nam illi septem nequiores sunt spiritus? nemo feliciter quād sanctus Prosper id expressit de promiss. & bened. pag. 2. c. 39. Spiritus malus est Spiritus superbiae, nequior illo simulatio humilitatis; spiritus malus spiritus invidiae, nequior illo simulatio charitatis; spiritus malus spiritus luxurie, nequior illo simulatio castitatis; spiritus malus spiritus avaritiae, nequior illo simulatio misericordiae. hi sunt hypocrytarum Spiritus, unus & septem: ut constet hypocrytam esse sceleratum ut octo, & esse plusquam universitatem iniquitatum. Si enim Magdalena ideo dicta est iniquitatum universum, quia septem spiritibus ancillara fuit, quid de hypocritis tentiendum erit, qui octo spirituum, quorum primus nequissimus, secundus nequissimo nequior, terrius secundo, facti sunt domicilium, in mancipiū. Ex quo liquet hypocrisin esse malitia summam, & peccatorum complementum. Revelata est iniquitas Ephraim & manus Samaria, quia operati sunt mendacum. Osee 7. v. 1. tanquam extrema malitia describitur operatio mendacij sive hypocrisis, quam Deus denique revelare compellit & damnare.

E. 7.
**Principiis de
mnatorum
hypocrisia.**
Advero primi pilos damnatorum & principales, ut sic dicam, infernitiones fuisse ipsissimos pseudopoliticos si-

PHILIPPICA XL.

millimos ijs, quibus nostrâ hâc heu! infelicissimâ ætate mundus redundat, primus damnatorum Cain, & nunquid Cain pseudopoliticus? egrediamur in agrum. sub specie amicitiae innocuum agnillum ducit ad macellum. Protorex Solymæorum Saul, protorex Samariæ Jeroboam, projectus uterque a Deo & in sensum reprobum datus, annon uterque par nobile fratrum pseudopoliticorum? primus ex Christianis damnatis Judas, & quidem eo ipso dié ac momento in centrum æternarum calamitatum deturbatus est, quo homo Deus salutem operatus in medio terræ, an non Judas pseudopoliticus? primus in ordine profundissimè damnandorum Antichristus, & nunquid pseudopoliticissimus Antichristus? ita est, sceleratorum conseleratissimi sunt hypocritæ, atque idcirco inter damnatos damnatissimi profundissimum sibi locum vendicant in gehenna.

*s. 8.
Puniuntur in
flagranti sent
hospes bestie ca
rens nuptiali
Matth 22.6.11*

Nec in futuro solammodo sœculo gravissimè excarnificantur pseudopolitici sed in hoc quoque repentinis calamitatibus obruuntur. Deprehenditur in nuptiali convivio hospes non habens vestem nupialem, & illico jubetur ligatis manibus & pedibus miti in tenebras exteriores; cur non in diem sequentem indulgetur mora, aut saltem post convivium? cur nullius prorsus gratia spes assulget? quid dicent reliqui hospites visâ hac tragediâ, quale gaudium, quam confidentiam in Regem concipient? parum refert, dicant quod volunt, hospes iste pseudopoliticus fuit, exteriorum quidem vestem honestam attulit, alioquin non extromittendus, sed interior defuit, amicum se finxit, ex eius misericordia abiicitur. ita Sancti Hieronymus, Hilarius, Chrysostom. & S. Ambrosius ser. 3. de Nativ. propriezæ ergo ligatis manus & pedibus in tenebras exteriores expellitur, non solum quia peccator erat, sed quia peccator cum esset, sanctorum sibi meritorum vendicabat, hæc subitanæ vindictæ causa nimis rûm gaudium hyforata ad instar

Dominica V. post Pentecosten.

instar pueri Job. 20. v. 5. in puncto proiecitur in tenebras, qui filius lucis videri, non esse volebat, proiecitur in fletum, qui ad oculum serviebat, in ardorem dentium, qui instar huius frigoris fuit. Nec vero tantum puni Deus, verum etiam dius.

Secundo Reg. 21, invenies continuam trium annorum famam in Iudea properant & armatum sanguinum, quia occidit Gabaonitas, Deus salte! antiquum hoc peccatum est, & ut sic dieam inter alia levissimum. Si supplicium infligendum est, cur non propter tacitilegam temeritatem, quod sacerdotale munus sibi Saul usurpavit? cur non propter occisos innocentis sacerdotes, octoginta quinque viros venitos Ephod & civitatem Nobe devastatam? cur non propter diabolicam invidiam, ex qua innoxium Davidem percutius locer occidere toties tentavit? cur non propter magiam, quod Pythonissam consuluerit? Gabaonitas occidisse, hoc minimum inter sclera Saulis videri poterat, eò quod idololatriæ & capitales judæorum hostes læpius fortasse causam dederint, ut jus iurandum dolo impetratum à Josue rescindi, & gens Gabaonitica extirpari posset. Verum scripturam ipsam audiamus, unam pro causis mille redditem, et tantoperè exercitum Gabaonitarum Deo disipluerit, & triennali fame in universo regno sit multatum. *Vobis* Saul percurret eis zelo quasi pro filiis Israël, hoc est, ut Carthusianus explicat: simulavit le hoc facere zelo legis, zelo justitiae, sub praetextu religionis. Habebant Gabaonitæ ex gratioso Numinis & Josue indulto possessiones agrorum nobilissimas in tribu Benjamitica, è qua Saul oriundus; quas cù pseudopoliticus princeps citra manifestam tyrannidem ad se attrahere non posset, zelum Dei simulavit, sub eaque larva Gabaonitas omnes trucidavit, quasi decens non esset, ut zizania in medio tritici crescerent, & in populi electi meditullio scandalum toleraretur, exprimere iurandum suo

*2. Reg. 21.
v. 2.*

*s. 9.
Puna hypo
critarum diu
turna.*

cum authore, aliud nunc postulare rationem statut, & juri
novi regis. ita reprobis Saul vitium avaritiae pallio pietatis
involvit, & homines quidem fallere potuit, non tamen
hominum custodem ac Judicem. qui non Saulis flagitium
in postumo populo vindicavit, ut dubitari non posset
de enormi hypocitarum poena in vita altera, cum in pra-
senti propter unius crimen gravissimam calamitatem, qua
fames est, triennali fame torqueatur.

s. 10.
Odiis dicitur
& hypocritie
Math 23. ad 13. ad 29.

O hypocritæ ! ô pharisæi ! ô scribæ ! extremum nunc
ego vos alloquor, vos inquam, qui d'evoti cum Saule, be-
nevoli cum Absalone, justi cum Achabo, liberales cum
Herode, continentes cum Antiocho, sobrij cum Juda, man-
lyticum Achitophele, veraces cum Anania apparere vul-
tus, sed non esse ; impij, seditionis, injusti, avari, obscenæ,
ebrij, crudeles, mendaces esse vultis, sed non videri ; aux-
apparet quod estis, aut estote quod apparetis. ecce ante hu-
manos oculos alius ostendit vita vestra, Gregorium Magnum au-
dias in c. 40. job. & ante divina iudicia alius ostendit anima &
conscientia vestra. Incorruptus ille Iudex qui pro omnibus
electis octo beatitudines assignavit, octies vñ unicâ dictio-
ne contra hypocritas protulit, ut sicut Cœlites non tantum
terque quaterque beati, sed ut octo sunt beati, ita vici illam
hypocrite plusquam ter quaterque miseri. ve vobis scribe &
Pharisai hypocritæ ! infelices ut octo, excarnificandi ut octo,
vñ vobis ! vñ ! octies vñ !



PHI-

PHILIPPICA XLI.

In ebriosos.

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

Saturati sunt. Marc. 8. v. 8.

s. 1.
Cur Christus
vinum populu
non apposue-
rit.

CVm perfecta Dei sint opera, seire percuparem, cur Do-
minus quaterna virotum millia solo pane saturasse scri-
batur, non autem vinum suppeditasse, ut gaudium esset ple-
num. Si enim sicera danda est ex sapientis consilio mœ-
ribus, & vinum his qui amaro sunt animo, cur populo tridua-
ria fame affecto, multisque (quis dubitet ?) confecto mœ-
toribus ac amaritudinibus vinum non datur, quod lætitiat
Deum & homines ? si rebellibus Israëlitis mel de petra &
oleum de saxo durissimo in potum profluxit, cur fidelibus
Christi ascelis ex viva petra & vite vera, qui ipsem Christi
hunc iest, vinum non propinatur & in Cananæis nuptijs pau-
culorum gratiâ hospitum aquam in vinum convertere, &
valuit & voluit, cur in tanti populi gratiam aquam in vinu-
transmutare non placet ? non novi equidem sensum Domini
in Domino liber, audacter assevero, ideo potus mentione-
bon fieri, quia qui saturati sunt, Idumæi non Alemani fu-
tre, his enim siccum convivium non sufficeret nec sapuisset
solum cum pisciculis panis (etsi hic fedandæ vim sitis habu-
isset) nisi & vinum Dominus suppeditasset, in quo scilicet
vino pisciculi natare gaudent mortui, sicut in aquis natita-
re amant vivi. Verum aliud fuit divina sapientiae consili-
um, vinum promiscuo populo idcirco non propinantis, ne
tantæ

PHILIPPICA XLI.

Ioan. 2. v. 9.

tanto è numero vel unicus esset, de quo scribi posset : *inebriatus es*, sicut de universo populo dicitur : *saturati sunt*. Mutavit fator Canæ in nuptijs, deficiente vino aquam in vi-
num, sed amicis vinoque assuetis, & ijs de quibus Elogio-
graphus ex vero scriberet gustatum potius quam portum
fuisse, sicut de architriclino Evangelista asserverat : *ut autem
gustavit, non verò potavit*. neque se inebriavit *Architriclinum*.
Contra helluones itaque & nominis nostri dissimilares, de
quibus quotidie verum est dicere : *Saturati sunt, inebriati*
sunt, vino zythove lepulti sunt, utinam dicam tam feliciter,
ut hæc mæta dictio vim habeat ovi nocturæ, quod sumptum
illuc appetitum omæm, vimque vini bibendi penitus ex-
tinguit.

S. 2.
Cur Germani
ad compotan-
dum propensi-
ores.

S. Chrysost.
homil. 57.
ad pop.

Qiod Chrysostomus olim de popularibus suis grecis
vitio ebrietatis nimium quantum deditis pronuntiavit, id
de Germanis nostris repetere cogor : *commune est hoc genitu-
res nostrum approbrium*; helluari & pergrexari erat olim helleni-
tus, hodie factas est germanitrus. Verendum porro,
nè sicut universa Græcia iusto Dei iudicio in prædam cœlit
illi populo, qui vites excindit, vinum abominatur, ebrie-
tatem pro extremo habet dedecore, ita & Germania eidē
Ottomanicæ genti cedat in possessionem propter intole-
randum, quod passim inolevit vitium ebrietatis. Centè ca-
prossà Turcis germanos inebriari, ebriosque explodi ac tru-
cidari accepimus in opprobrium gentis nostræ, hostium
verò excitamentum ad fortiter pugnandum adversus illos;
qui tam facile sepeliantur. Et cui quo solo præ alijs nationi-
bus germani ad ebrietatem tantopérè propensi? quia nimi-
rum germani seu fratres esse nolunt, & domi suæ, sed in
tabernis potare, potandoque sanctire amicitias, contrahere
fraternitates, stabilire germanitates, & hoc laudiamant du-
cere, si quin plurime maximaque epotentur sanitates. ò
& claudi

Dominica VI. post Pentecosten.

clandi & demoliri jubeat! ó si Christianissimorum Re-
gum Caroli IX. & Henrici III. edicta Germaniam quoque
adstringant, quibus sub gravi cævetur multâ quenquam ei-
vium tabernam subitores nisi peregrinum eò deducat. Est
fæcet in Augustanis statutum comitijs anno millesimo quin-
gentesimo quadragesimo octavo, nè principum ulli aut pa-
trifamilias domi suæ licet urgere ad haustum, aut institue-
re compotationes, verum quod domi non licet minùs in
cauponis propalam audendum esset. facit occasio futeum,
facit capona potatorem, facit societas ebriosum.

At vñ huic reproborum societati, contrà quam prote-
statur Paulus, ante Paulum Vates Evangelicus ante hunc
Regum sapientissimus. *caui vñne his qui conmorantur in vi-*
no & student calcibus epotandis? prov. 20. *va qui potentes esis ad ta-*
bucendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, propterea
dilectarunt infernum animam suam & aperte os suum absq; ulto termino
1c. 4. neq; ebrii regnum Dei possidebant. 1. cor. 6. Excommu-
nicant sacri Canones & proscribunt ebriosos ab Ecclesia,
quæ est in terris, excommunicat divina justitia ebriosos ab
Ecclesia triumphante, quæ est in cælis. Nec excluduntur
iolummodo cœlesti gloriâ, sed profundissimè damnantur
in gehenna. factum est hoc nuper in provincia Barnicioru, *qui*
aut auritus testis Beda lib. 4. histor. Angl. c. 15. ut ebrietati
*deditus Monachus ad extrema deduceretur, cum ecce con-
vocatis fratribus multum mœrens, damnato similis narrare*
ceperit: video infernos apertos & satanam immersum in
*profundum tartari, Caiphani quoque cum cœteris, qui oc-
ciderunt Dominum juxta eum flammis ultricibus contradiz-
iunt, in quorum vicinia, heu! heu misero mihi locum a-
spicio æternæ perditionis esse præparatum.* Adhorriban-
tiae quidem circumstantes locum adhuc esse spei, tempus
tue quidem misericordiae nondum omnino de salute, quādiū
vice terminus confectus non est, desperandum; sed surdo
consilia.

consilia. non est mihi modò tempùs vitam emendandi, clamabat moriens, cùm ipse viderim judicium meum jam esse completum. Hæc repetens obiit, & ad profundissimum tormentorum locum, ubi Deicidæ torquentur, infelicius abiit. Juste Deus! ergo Lucifer proximi & Cælestes pares sunt ebriosi? ita omnino est, quia sceleri non unius, sed omnibus se adstringunt, qui abominando huic vitio affluerunt.

*s. 4
Ebriosi sunt ex
leges violantq.
etiam legem.*

Placuit gentilibus Bacchum vocitare Liberum Patrem & cornua appingere, eò quod ebriosi omnia sibi licere autem, atque effrenum instar taurorum & cornupetarum divinas humanasque leges impetant, evertant, concucent. Moysen observavere Chrysostomus & Hieronymus post quadragesimale jejanium cum tabulis Decalogi è monte redicem, ut populum ebrium vidit, tabulas abiecisse, quia loquitur Chrysostomus, absurdum esse existimat, si legem Dei populo ebrio assertet, à quo certò certius infringenda erat. fregit audacter tabulu, inquit Sanctus Hieronymus l. 2. contra Jovin. sciebat enim Dei sermonem audire non posse tumultuosos. Et hanc ego germanam esse causam judicem, cur in Decalogo expressis verbis ebrietas non nominetur, quia videlicet totum Decalogum facilimè violent ebriosi.

*Ebriosi ido-
lolatriæ.*

Et primi quidem præcepti reos illos pronuntiat Apostolus, vocatque inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus, quoniam Dsus visiter est, ad Philip. 3. v. 19. ventrem pro Deo (ò eccl. idololatriæ) ebriosi colunt, qui vinum libant, rationem immolant, vitam devovent, detersiores gentilibus, qui Baccho, aut Philisteis qui Dagoni impiè sacrificabant. q. i. a. Iseaélitæ tergum Deo vivo & vero vertentes in turpissimam idomaniam prolapsi sunt? nunquid cùn sedent manducare & bibere & surrexerunt ludere: ludere, hoc est, vitulari, idolum adorare, Deo renuntiare: que

que scelus patratur. Nec sine insigni mysterio meritos, ubi los sobria Anna, filijs Belial, hoc est, absq. ingo assimilavit, quia scilicet omne divinæ legis jugulu facile executiant oves, qui ebriositatem sectantur, sij Belial vocantur Sanctus Hieronymus in reg. Monach.

Secundum præceptum blasphemis & maledicis linguis subverti, quotidiana docemur experientia, & hisce autibus cogimur audire. Ex sanguine gigantum vinum prognata esse finxit antiquitas, quod videlicet ex impiorum illorum propagine descendant, qui vitium propagines plus æquo adamantes in abominandorum propaginem vitiorum succedunt. Balthasarem blasphemō ore Deum Deorum in Sion lacessivisse prius non invenio, quād cūm temulentus vasa aurea Solymæi spolia templi afferri mandaret, laudaretq; Deos suos in opprobrium scilicet altissimi.

Tertij præcepti: memento di Sabbathi sanctificos penitus obliuscuntur qui Dominicos festosque dies compotationū gratiā institutos arbitratur, nec se festivè vixisse censēt, nisi ad ebrietatem usque hauserint, & in se ipsis filium Dei denuò crucifixirint, iterumque vinum felle mistum porrexerint, detinatores omnibus judæis, qui licet forent impiissimi, reveriti tamen sunt die festo infestas Christo manus iniecere. *Non Matth. 26.*

in die festo. & cur id ipsum non repetit Christianus, quoties v. 5. in die Dominico vel festo ad ebrietatem stimulatur: *non in die festo.* absit fratres (Augustinum recito tractat. 4. in Joan.) ut illos decamus observare sabbatum, qui ad luxuriam & ebrietatem obseruant.

*Ebriosi debos
nefatores pater-
rentur.*

Et sicut ebriosi dies festos minimè sanctificant, ideo & patrem matremque nullatenus honorant, sed maculam nominis eorum inferunt, lachrymas executant, curas accumulant, mortem accelerant. Primum irreverentiae & desolatioris actum in Absolone adversus Patrem regium animadverso, cùm importunis precibus invitum Davidem ad con-

vivum invitavit, nec destitit, dum pro patre fratres omnes imperaret, ut primogenitum deinde Amon in convivio inebrietatum morti & orco immolare. utinam haec eadē aut istā crudelior non renovaretur tragædia. ecce hodie inquit Sanctus Augustinus ser. 33. ad fratres in eremo, ebrietatem perpeccus Matrem prægnantem nequiter opprimit, sororem violare vult, patrem occidit, duas sorores vulneravit ad mortem. hi sunt ebrietatis partus, & concatenati scelerum fluctus, non tantum inhonorare, sed occidere, & quod occisione sceleratus est, opprimere parentes.

*Ebriosi homi-
cida.*

Præceptum quintum non occides, cùm eberrimè ebriosi violent, nihil mirum violentâ eosdem morte sàpènumero interiro. occidit Herodes Joannem, ebrius sobrium, occidit Juditha Holofernem, sobria ebrium, occidit Alexander Clitum, Nero Britanniam, ebrius sobrium, sic perimunt & perirent ebriosi. Bibite & inebriamini & vomite & cadite, neq; surgatis à facie gladij, quem ego mittam inter uos. Jer. 25. Laudabilis Legislator Solon multandum morte principem ianxerat, qui temulentus deprehenderetur. cùm enim à temulentis nisi cædes expeditari debeant, prævenire satius duxit Solon, quam præveniri. Indorum consuetudo fuit, ut si qua mulier Regem ebrium interficere potuisset, in premiū vicem successori despontaretur. tam absurdum est vitium ebrietatis, ut nonnisi femineā manu plectendum videatur, velut Sisara Jahelis manu plexus est. Romani in convivijs viderato haustu mortis se victimas fore meminissent, verò etiam, ut morte dignos declararent, qui porto rem hominis partem, rationem inquam, ebrietate interemisset. Sepellivit Zenonem ebrium uxor Augusta, interemisit ebriosum Heraclius, quod is populi probrum fuisse non potuisse inclinantis. iterum Phoca bibisti, iterum mentem amissisti, plurimosque idcirco poenâ capitum multâset; inter-

mit inquam Heraclitus Phocam cute per dorsum detractâ, dexterâ & pedibus truncatis, capite præciso & cadavere per boarium forum traxo & exusto, acclamante interea præcone: hoc menet ebrietas. occidit ebrietas, occidatur ebriosus. acciderant duo ebrij milites, ut kabet Procopius de bello Wandalico c. 1. commilitonem, quos Belisarius impalari jussit, inquiens: multiplici morte digni sunt, quia ebrij & commilitonis occisores. juvat iterum meminisse rebellis in deserto populi Israëlitici, de Exod. 32. v. 6. sedit populus manducat & bibere, & surrexerunt ludere. Sedit populus & surrexerunt sedit uranomis & pacificus, surrexerunt, discordes & exosi, sedit populus fidelis, surrexerunt idolatrie. Sic hodieque inter combibones agunt, sedent amici, fratres, unum cor & anima, surgunt hostes, latrones, canibus & cattis infestiores; sedent ut homines, surgunt ut bestie circeo pocalo potata; sedent simul bibere & vivere mortique pro se invicem parati, surgunt in mutuas cædes & funera jurati; nimis præceptum quintū ebrietas occidit. De sexto præcepto quid dicam? loquatur Basilius Magnus: ebrietas impudicitia est mater. loquatur S. Hieronymus: venter nero astuans facile despumat in libidinem, si quid in me possit esse consilij si experio creditur, hoc primum moneo, hoc obresor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Loquatur gentium Doctor: nolite inebriaris vino, in quo est luxuria. Notissima est de Ægyptio Eremicola historia, cui dæmon promiserat, omni post hæc tentationum genere liberum fore, si vice simplice in unum ex tribus sceleribus consensisset, homicidium scilicet adulterium, & ebrietatem; stupidus vero Eremita ebrietatem præelegit, ex qua in adulterium, & ex hoc in mariti supervenientis homicidium turpissime est prolapsus. Nihil hoc omnino novi est, pleni sunt exemplis libri. Noë ad unius horæ ebrietatem nudas semora sua, quæ per sexcentos annos sobrietatem contexerat. Loth per temulentiam ne-

*Ebriosi libidi-
nos.*

S. Basilius
hom. de ebri-
etate.

S. Hieron: in
regul. Mo-
nach. & ad
Eustoch.

S. Paulus
Eph. 5.

S. Ambrosius
L. de viduit.

ens libidine miscet incestum, & quem Sodoma non vicit, vina yicerunt. Hæc Hieronymus. Audet dicere Ambrosius castissimam Juditham nequam futuram fuisse castam, si de vino, quod Holofernes eidem apponi fecerat, bibisset. Si Judith bibisset dormisset cum adultero Rursus Ambrosius int. 9^o Genes. qua sobrii cavemus, per ebrietatem ignorantes committimus. semper hæc duo sunt: inebriaberis atque nudaberis Thren. 4^o v. 21.

Ebriosi fures,
mendaces &
concupiscentia
abnoxij.

Contra septimum præceptum consuescere ebriosos ambigi vix potest, cum enim ingluvici alenda propria non suspetunt media, ad furta convertuntur, qua ex causa Corinthis teste Athenæo lib. 2. c. 5. ebriosos, de quorum pauperie aliunde constabat, carnicidi tempestivè necandos trahabant, quod aut fures essent, aut furibus participarent. Demus tamen furtum omne & furti suspicionem procul ab iis absesse, nihilominus à furum censu absolvi non possunt, cum substantiam eam abliguriant, ex qua vivere complures possent. Legem sanxerat Laertio teste lib. 1. c. 5. Pittacus unus è septem sapientibus, ut qui per temulentiam seculis aliquid admisisset, duplice afficeretur poenâ, eo quod non in seipsum modo peccaret, sed in universam Rem publicam, cui detrahitur, quod in abdomen turpiter prodigitur; & ecce advertere non diu post licuit, insulam totam non duplo tantum, sed decuplo abundasse vino, cuius ante penitiam pati cogebatur. Illustrissimum Germaniae principem narrat Majolus ex jactabundo nescio quo thrasone accepisse integrum cerevisiæ urnam intra pauculas horas evacuare posse, cuius jactantia veritatem cum spectavisset princeps, helluonem pro præmio affigi illicè infami cruci iussit, dicitans injuriam ab ejusmodi spongias fieri hominibus, adeo quæ hos inter vivere minimè debere, nè exbauriendo tantum quotidie, quantum vix alij viginti, potus denique penitiam induceret.

L. q. 21

Olx.

Ostium præceptum à temulentis violari adeò certo preiudicio invalidit in tota Hispania, ut testis Serrario in c. 4. Judith, testimonium dicere nunquam permittatur, qui vel semel vitio huic obnoxius fuisse convincitur, nimis vinosum & dolosum esse æquipollens est. De nono ab ebriosis violari solito, testem habeo Deum ipsum Jeremiæ ore sic locutum c. 5. saturavi eos & machavi sunt, in domo mere- tricis luxurabantur, emissarij facti sunt, unu quoque ad uxorem pro- misi sibi bianiebat. nimis ut Valerius Maximus lib. 2. c. 1. advertit: proximus à Libero patre intemperantæ gradus ad inconcessam Venerem esse convevit. Denique cum ebriosorum oculi duplia omnia videant, atque ut proverbio loquimur, ventre ipso majores sint, nil mirum, quod deci- dum non observent præceptum, sed quotquot vident can- tharos, pocula, vitra proximi sui, imò & vineas integras cum Achabo concupiscunt, non destituti ab hac insan- citius dum in profundum devoluti barathrum assidentur Epuloni Evangelico Lue. 16. Israëlitis post Epulum & ido- latram à Levitica tribu occisis Exod. 32. Philistæis con- vivatoribus à Samsonem interemptis Jud. 16. Amalekitis de- initia præda tripudiantibus & epulantibus à Davide truci- datis 1. Reg. 30. Balthasar denique & Babylonis in sacri- logo convivio à Persarum Medorumque exercitu deletis Daniel. 5. conjungantur.

Ebriosi! qui vos demoni voluntario, ita ebrietatem Ba- filius (hom. de ebritate) appellat, tories immolatis, nulla ergo vobis imposterum eura animæ vestre, quam ad Dei imaginem creatam, vos bestiale in formam deformatis; quid fædios, quam ut homo bruti animalis imago sit? quan- to melior ebriosis est asinus & canis, nam quodlibet horum animalium & omnium aliorum si sit opus bibere, necessarius terminum novit, ne- alira quod est opus progreditur, licet sint infiniti qui cogant. Vos ergo brutis deteriores etis, ita Chrysostomus hom. 21. ad popu-

l. 5.
Ebriosi brutis
animalibus
longe deteriores.

Aug.

PHILIPPICA XLI.

Augustinus verò 281. de temp. considerent ebriosi si non prius animalibus iudicandi sunt. cum enim animalia a sapientia, quam tu opus est bibere nolint, illi & duplam & triplam quād eis expedit, rūsum accipiunt. nulla nobis cura sanguinis Christi, quo redempti & pasti, eundem pollutum ducitis, conculcatis, & fœdissimo vomitu vestro conspureatis! nulla vobis cura cœpuli cœlestis, quod ebriosos non capit, nulla cura ignis æterni, cui vos siccandos & assandos saginatis, nulla cura vīte famæque quām turpissimè prodigitis! quo usque insonabit vestrum illud perversum propino, quod olim ad petendam mutuò benedictionem proferebatur, nè haustus noceret, ut nocuit filijs Job, quos si precantes & potum sibi invenerint benedicentes diabolus invenisset, nihil contra eos efficere posisset, ait Origenes in catena.

*S. 6.
Ebrios pass
desperati.*

Sed surdis ego ista? lapidibus ego ista? obrigescant enim ut Nabal, & blasphemus ille helluo anno 1530. in Neckersdorff Neckaricum hornum & crudum D E O ipsi propinare ausus obriguit; absorbentur à vino infeliciis, quām Pharaonis exercitus à mari rubro, aut Georgius Eduardi IV. Regis Anglorum frater Clarentia comes, ob hæc crimen Maiestatis mortem sibi eligere jussus, vas Malvatici elegit, in eoque absorptus est. Absorpti sunt à vino 15. 28. non tam sorbuerunt vinum, quām à vino absorpti sunt & ita absorpti ut iam non homines sed inferni sint idola. quid hom. de e. quæsunt ebrii, quām gentium idola? (Inquit Basilius) oculos habent ebrios. & non vident, annos habent & non audiunt, pedes habent, & ambulare ne sciant, ut aqua ignem extinguit, ita vinum extinguit rationem, & ut aqua maris naves, ita liquor vitio homines abligurit. frustra inquam ego talibus talia vivere enim videntur & mortui sunt, vel ut Sanctus Hieronymus in c. ad Gal. ebrius homo nec mortuus est, nec vinosus, Balthasar illi summulus, qui licet digitos Dei scribentis vidisset, scripturam interpretationem & cladem imminentem audivisset, inferni amaz.

*Basil. magn
hom. de e.*

Dominica VI. post Pentecosten.

amaritudinem in corpore suo colliso prægustasset, nihil tam motus, nihil emendatus est, ad arma non surrexit, ad preces & veniam petendam non se prostravit, nec linguam nec digitum supplicem ad Deum extulit, sed obstinatus in feculere impiam cum vino & sanguine animam orco in viciniam evomuit. Tale nimis ebrietatis flagitium est, ut insanabile videatur, ideoque veneno aspidum comparatur Deut. 32. fel draconum vinum eorum & venenum aspidum insanabile. in quæ Ambrosius: pulchre additur insanabile. mulierum reliquorum serpentum veneno curantur, nemo ebrietate. Mortem si videant, infernum patulum si aspiciant, epulonem ex flammis si audiant, & bibamus, nihil movebuntur, sed se se animabunt: comedamus Is. 22. & eras moriemur, imò iam mortui & in inferno sepulti digni cœnotaphio illo: propter eum est, & hic & iste & maximus mortalium numerus ante tempus mortuus est, reprobatus est, damnatus est.

*S. Ambrosij
l. de Eliac
14.*

PHILIPPICA XLII.

In Divinatores.

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN.

Attendite à falsis Prophetis. Matth. 7. v. 15.

Prophetæ falsi omnes illi Magistri errorum sunt, qui sci-
licet, ut ait Paulus Rom. 16. v. 17. per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, qui viam ad cœlum facillimam sternunt, deque beatitudine æterna securos reddunt, quasi idcirco Christus habeat in capite spinas, ut ipsi sub pedibus rosas. hi sunt, qui colligunt de spinis uvas, de tribulis ficus, dum ex spinis, flagris, cruce, & mor-

*S. I.
Plurimi in
mundo pseu-
doprophetæ.*

& morte Christi omnem suæ sibi salutis securitatem pollicentur, & quamlibet vitæ indulgent libertatem, conanturque has doctrinas obvelare textibus scripture male intellegunt, ita ut Tertullianus vocet scripturam *Librum hereticorum*, siquidem nulla haecenus hæresis fuit, quæ non scripturarum folijs suam texerit malitiam. Falsi prophetæ sunt politicæ, qui virtia sua palliant amiculo virtutis ; hi sunt, quilibetales se fingunt, ut avaritiae obsequantur, dicunt se velle promovere religionem, ut regionem occupent, sicut Saul 2 Reg. 21. fingunt se zelare pro honore DEI & punire peccata, sed vel parva vel facta paniunt tolerant grandia sicut Achab 3. Reg. 21. qui Nabothum occidi permisit, & ut audiuit Achab, quod mortuus est Naboth, concidit vestimenta sua, & copernit se osculo. sed contra hos hodie non ago, literæ inhereo, & falsos prophetas esse pronuntio omnes divinatores, veridicos, astrologos, judicarios, sortilegos, à quibus ut attendatis, contra eosdem dicentem attendite.

S. 2.
Divinatores
sunt Divinita-
tes simulatores

Quæ n' enorme flagitium sit Divinatores consulere, aut quovis supersticio medio futura contingentia indagare, inde liquet, quod per hoc peccatum dæmoni attribuatur particula divinitatis, scilicet prænotio futorum, eiusque consentiatur voto veteri : ero similis altissimo. pater mendacij propositore veritatis consulitur, cum coque commercium intetur contra renuntiationem in baptismos factam, quâ spopondimus nullam ab infensissimo Dei & animatum hoste instructionem, consilium auxiliumque petere, nullis eius illecebribus & suggestionibus consentire. Rabbinorum veterum & Chaldae Paraphrastis fuit doctrina, quod Deo à zona gloriae sunt tres pendeant claves, quibus seras clausissimas repandit. prima clavis est pluvia, de qua Deuter. 28. v. 12. aperuit Deus thaurum suum, ut tribuat pluviam terra in tempore suis. altera clavis est resurrectionis, quâ tumulos aperit & portas mortis perstringit : habeo claves mortis & inferni Apoc. 1. v. 17.

terre ego aperiā tumulos vestros Ezech. 37. v. 12. tercia clavis est prævidentia, quâ aperit penum, referat horrea, nutrit universum : aperiēt et manū tuā omnia & plebuntur bonitatis pl. 103. v. 27 quarta clavis secretorum cordium & futurorum : ego Dominus scrutans corda & renes & cogitationes jer. 17. Apoc. 2. Sap. 4. Ex hac verò clavi potius quā ex alijs a. knosci vult divinitatem suam, unde Ic. 41. v. 23. gloriatur annuntiata que venuera sunt in futurum, & sciens, quia dy es tu ergo. futurorum præditionem innuit esse infallibile signum divinitatis, certa enim horum notitia soli Deo reservata est, & quia divinitatem æmulari superbus spiritus non cessat, idcirco præterita vel futura divinare pergit, ut augeat numerum angelorum suorum sive pseudoprophetarum. Marci 1. Luc. 4. audet superbus genius Christo vaticinari : venisti a te tempus perdere nos, sero, quod sis sanctus Dei. quæ verba a deo ægre Iesus tulit, ut severo supercilioso comminatus ei sit dicens : obmiserca. unde ista indignatio ad laudes inimici ? non est speciosior laus, quā quæ venit ab hoste. tanta tormenta in nocte passionis patitur, & tacet, permittitque se potestati tenebrarum, at hic cur non silet ? cur patienter non audit, quas Sathan laudes enuntiat : est sæpè major patientia in audiendis laudibus quā vituperijs. placet eam scire ? Sanctus Ephrem de morb. linguae audiatur : Dominus n' vera quidem à Damone audire voluit, docens nos, nullum licere vera licet, explorare à Demone, quia hoc sedet in gravissimam iniuriam Christo.

S. 3.
Similes item
ijs, qui oculos
Christi belave-
runt.

Inter graviores iniurias tempore passionis toleratas fuit illa obvelatio faciei, de qua Marci 14. v. 65. Luc. 22. ce- brante quidam confuere eum, & velare faciem suum. & colapbis eum cedere & acere ei: prophetiza: gravis hæc injuria Principi a Domino à vilissimis servis illata, quod faciem illam, in quam desiderant Angeli prospicere, ideo velarint, n' pulchritudo eos ad misericordiam moveret, n' oculos ejus,

qui Augusti Cæsaris scintillantibus oculis & facie Moyse illustriores erant intuerentur, nè scurrarum imago in pupilla Iesu reluceret. sed cur ista patitur Iesus? ut satisfacias pro curiositatibus tuis, ut absterreat te à divinationibus, toutes enim illum velas, quoties consulis ariolos, satis lusisti & illusisti, caue nè oculos contra te aperiat teque à suis aternum repellat. Repulsus est ob hoc peccatum & reprobatus Saul, ab oculis Dei repulsus Ochozias, & repellens fuissest Manasses, nisi temporaneâ poenâ poenitens perfitiones suas luisset.

S. 4.
Ob Divinatio-
nem perire in
testamento 60:
teri Rex Saul,
in novo Chil-
perico.

Saulis in primis juvat meminisse, cuius primulam & præcœdem bonitatem depingens Spiritus Sanctus i. Reg. 9. v. 2. attestatur: Et non erat de filiis Israël melior illo: tot naturæ domna in illum accumularat Deus, ut melior non fuerit: tam devotus, humilis, magnanimus, discretus, innocens, ut non fuicit melior illo: innocentia certe confertur parvulo unus anni puello: filius unius anni erat Saul cum regnare capisset Reg. 13. sed hæc omnia decora denuo perdidit, & acum vita temporanea æternam prodegit, quia Pythonissam consuluit. Patraret fateor alia Saul scelera post bienum suscepiti regiminis, nam in sacerdotale munus sele ingessatus atque dum nimium pius esse affectat, impius evaterat, deinde A maleficas cum Agag intercessione delere jussus, clementiam exercuit in hostem, & sibi ipsi paravit crudelitatem servavit enim in suum exitum, quod perdere debuit in Dei honorem. Præterea invidia in Davidem plenus, locum dedit à quo exagitaretur demoni, atque hujus instinctu Abimelech pontificem cum octiginta quinque sacerdotibus, universos itidem incolas urbis Noba, quod fagiati Davidi receptaculum concessissent, contrivederat, restaque secunderas nec tamen ideo perire. Verum ut Pythonissam consuluit, & Samuelis defuncti spiritum excitari sibi posij, tunc enixa vero fatali vocem & ferale crypsin inaur-

audijt: erat in eis fui sui (quorum tres erant) mecum eritis. Die ergo posterâ à Philistæis profigatus, sagittaque Iesus fugam iniit, in qua spe salutis abjecta, furijs conscientia stimulatus, & opprobrium magis hominum, quam Numinis iram veritus, gladium in pectus strinxit, & sui ipsius carnifex, animam orco immolavit anno Mundi 2979, ante Christum 1048. Talem desertionem merentur, quoiquot Saulem probum imitantur.

Sauli gemellus videri potest Moroveus Chilperici Regis Francorum filius, qui per fas & nefas, paternum ambiebat regnum, ideoque virulentâ linguâ lividisque oculis partitum suum prosequebatur, ut verò sacra profanis misceret, invitavit S. Gregorium Turonensem Episcopū ad convivium ab eoque spirituale documentū perijt hic aperto libro verbiorum, in caput trigesimum, versum decimum septimum incidit, ubi hæc invenit: oculum, qui subsannat patrem, effodiante corvi. quo oraculo ille percussus, ad Pythonissam sese contulit, ab eaque audijt, patrem intra anni circulum mortitum, ipsum verò præ omnibus fratribus gubernacula universæ Galliæ aditum. Narravit hoc ipsum rursus Morovens Gregorio, ab eoque reprehensus est dicente: à Deo filii mi petenda ista sunt, non à Dænone, mendaciorum fabro. Ad Deum itaque conversus Moroveus (tanta est rebandi libido) adiit sepulchrum Sancti Martini, eique tres bibliorum libros, Psalterium, Chronica, Euangelia impo- bñaretur sibi revelare, quid circa regnum sit eventurum. Moroveus jejunis, vigilijs, orationibus exegit, ac tandem sepulchrum denuò accedens ad tumulum libros Regum aperuit, in quibus hæc fortuitò legit 2. paral. 2. Pro eo quod reliquis Dominum Deum vestrum, & ambulans per Deos alienos, nec feceris rectum ante conspectum eum, ideo tradidit vos Dominus Deus vester

PHILIPPICA XLII.

ester in manibus inimicorum vestrorum. in libro psalmorum p*tuagesimum* quintum aperuit, reperitque: verumtamen propter dolos posuisse eis male, detecisti eos, dum allevarentur. quoniam facti sunt in desolationem? subi*o* defecerant, perierunt proper*o* ini*quitates* suis. Denique ex Evangelij hanc sortitus est i*aconem*: scitis quia post biduum passio erit, & filius hominis n*atur*us**, ut crucifigatur. Terribiles ha*e* erant lectio*n*es, movendo tamen Moroveo non sufficien*t*es. pri*us* enim intentata mala persensit, & post annum non integrum cinctus ab hosti*b*us, ne*o* in horum incideret manus, ipse sibi violentas intulit. & ut alter Saul ter miserrime interi*o*. sic merentur di*sperire* divinato*r*es, qui si nondum perierunt omnes, grande di*vin*x** tolerant*o* est miraculum.

s. 5.
Divinatio*re*
gic Ochozia
punita.

Alter infelicitum Magorum Rex Ochozias est, de quo Reg. i. deambulat*o* is forte in supremo tecto solario, & per fenestram, qu*a* lumen in coenaculum immittrebatur, prolapsus extremum vit*æ* adierat disserimen. Placuit ægrotto Ochoziae idolum Accaronitarum Belzebub consu*lere*, & conquassati corporis petere remedium, qu*o*d dum ablegati properant, occurrit illis Dei internuntius Elias, & indubiam Regi mortem annuntiari jubet, quia Cacodænonem pr*æ* Deo vivo & vero invocatum misisset, qu*o*d obrem dicit Dominus: delectu*s*, super quem ascendisti, non descendes sed morie morieris v. 4. tali ferientium fulmine erat caput, quo*o* incolonitatem ab oreo sperabat. Impatiens reprehensionis Rex militare munum ad comprehendendum va*tem* ablegat, credibile est ad iram vindict*æ*, amorem vite accessisse, quam eti*o*i*u* conclamata*m*, armatis tamen ministrabilium pattatore Propheta sibi protogat*æ* volebat. Ad montem ubi superbis cum mandatis venit Dux legationis cum quinq*uaginta* virorum manipulo, Elias peculiari*o* Dei inspiratione concitatus, devocat e*c*ælo ignes, & formidoloso horribili*q*ue speculo manipulares illos exurit omnes. M. titus

Mittitur altera quinquagenaria turma, pariter concremat*ur*, non aliam ob culpam, qu*a*m quod impio Regi obtremperat. ablegatur tertia qu*a* terrefacta nuntio iterata*clausis* obsequiorum & precum demissione exitum a se aver*bit*, vatemque permovit, ut secum in regiam concederet, ubi decumbenti Ochoziae inevitabilem moriendi necessitatem non minus animos*am* voce confirmavit, qu*a*m ante*prædixerat*. Enquot mala! quot mortes! quot animos*um* corporumque exitia variat vel unicus appetitus divinato*r*es consulendi. o*si* morte moriantur pri*us* omnes, quam in ullius animo concipiatur desiderium divinarores per summum æternæ Majestatis contemptum adeundi. n*æ* ille long*æ* dignus vit*æ*, qui in malam crue*m* & pessimam mutat*o* mortem, quo*o*quo*o* huic flagitio obstinaciter deditos comperit. Joanni Galeatio Mediolanensem Duci pseudopropheta mortem pr*æ* properam pr*æ* dixerat, sibi vero maniam long*æ*vitatem pollicebatur. cuius impudentem verberium long*æ*vitaturus Rex, triste edixit biverbum: morieris, fecitque illico pseudoprophetam strangulari. diligissimus idcirco princeps long*æ*statem felicissim*æ* vive*re*, qui mendaci ariolo vit*æ* filum justissim*æ* abrupisset. In sens Tiberio Imperatori accessit felicitas, quod anno Christi 18. magos occidisset, cives vero his*c*e attibus deditos exultare jussisset.

Ad tertium Magorum sceleratorum accedo, & quidem carcere Babylonio detentum. summa scelerum Manassis 4. Item Manass*s* Reg. 21. v. 6. recensetur: ariolatus est, & observavit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicavit, ut faceret malum curam Domino & irritaret eum. Irritatus tot tantisque flagitijs Deus, primo Regni Manassei anno Babylonios immisit, a quibus captus, catenis onus*us*, carceri mancipatus, didicit unquam boni illis evenire posse, qui per malas artes seculum felicitatis querunt auspicia. Et quamvis idus sapuerit Manasses,

ses, culpari nq; p̄ficitur in gratiam à misericordiis nostris. Nam ne obtinere sit, p̄cūm tānē imp'acab̄lis iustitia non sustinet à regis potestis, donec tempus, urbs, regnum, fidelitas excederet. Mutuū iūna desolat̄ urbs, regnum, ubi vel unicus ariolus reperitur. Minassi super hoc Ferraudus Francia & Con̄s., de qua Cironca Gallorū ad annū millesiū dūcentiū p̄mū dūdecimū. Bellum nō contra Philippum Cintianissi nūn Regem suscep̄t, de quā alia ejusdem sollicitus s̄ ab ariolus tulerat respondentium: Re caderet in prelio, pedibus bonis & eorum circulauit, nec superp̄luit. Ferrandus vero à Parisiis iū undissimē excidit. At contrarium omnino accidit, infelicissimū enim Ferrandus prelio fundit̄, in fugam compellit̄, ex qua recessus in carceres Parisinos compingit̄. Tales merentur iucunditates & triumphos, qui concubata legē divinā manus ariolos dare non perīnescunt.

g. 6.
Divinorum
infimis in-
genti.

Proh mortaliū dent̄ in iūni! nec anima & vita nō ē corpori, fama, fortunisque suis consulunt, qui consulunt divinatores, aut nefandi, tenebrosoe superstitionibus. Contra animam & vitam produnt̄. Author vita & legislator supremus Lxv. 20. v. 6. anima que declinaverit ad magos vel ariolos, ponit̄ faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi sui. Contra corporis protestatur, obtestaturque Chrysostomus: nō cor in capitali hosti combattamus, cui corpus idem, quod in anagrammate pōreū est, vellet eam sic. cum roigere, velut eō tēnū grege integro testibus Evangelistis Matth. & Marc. s. Lac. 8. nec raro sic agere permisus est, uti vetera novaque exempla copiose demonstrant. Non ita p̄dem Inglatiā ancilla scire volens, cui nuptura marito esset, per fenestram à denōris deturata maritum sibi in inferno querere iūsi est. Loquitur iam orator Antiochensis: meliorum à deñib; exp̄s? cūm abirent in portos Christi perorūs, densos in mare statim illos precipitauit, & ha-

S. Chrysostomus:
oratio con-
tra Iudeos.

minum corporis parcant? eucrūni ex Paradiſo, honore cœlesti vobis, & corpus carbunt? Centa f. n. am agit jus Cœniciū, & non tantum arioles, sed quorūq; eos consuunt, declarat esse infames & excommunicates, atque hanc sententia letit̄ o repetit, videlicet C. qui quis 2. q. 8. C. testimonium de testibus. C. testimonium de testibus C. s. quis ariolus. 26. c. 4.

Denus ramen responderetur quam ariolium vacinijs eventum, permittente ita justias ob causas justissimo. Numine, nihilominus audiendi minimē sunt, quia lex divina reclamat, & ariolos licet semper veraces forent, consultare vetat. Nihil verius dici potest, quād quod Augustinus docuit l. 2. de doctrin. Christian. c. 22. non quia vera est predication, sedcirco minus est sacrilega & superstitiosa, neq; uero magis lucet predictionibus talibus fidem dare, sed semper remedium illud Dei praecep̄tum: etiam si dixerint nobis, & ita evenerit, nē credamus illis.

Denique quod de somnijs dixit Aristoteles, hic quoque verissimum est, divinationem huiusmodi non nisi ex accidenti fore veram, sicut enim qui assidue jactit alican vel talos sicut, is aliquando seniones, aliquando venerem jactit, invenitque; sic cūm isti centies mentiantur, quid mirandum si ter veritatem dicant. Quis non credat Dico? ipse autem reclamat: ego sum Dominus irrita faciens signa divinorum & ariolos in furorem vertens. Hucusque Augustinus.

O Divinator, quod Paulo dixit Festus, infestus ego paucis mutatis tibi occino & prædicto: Casarem quid? principē mundi & iniquorum regum Caput da monem appellasti, ad demonem ibis.



PHILIPPICA XLIII.

In Avaros.

DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN.

Redde rationem villicationis tue. Luc. 1Q. v. 2^o

*S*i rationem reddere jubetur villicus, quod ex bonis Domini sui alios locupletarit, quale iudicium avaros malebit, qui bona Domini sui non dispersunt, sed dilacerant, non dissipant, sed annihilant, nec alijs prosunt, nec sibi commodant, Dominum insuper & fortunæ & famæ bonis dispoliant. Villicus certè hodiernus rationem redderet, non cessavit adhuc ex bonis Domini sui, quem cum prius munificum esse neverat, amicos sibi creare, remittendo alteri è debitoribus cados o'lei quinquaginta, verò coros tritici viginti, nec ideo à Domino reprehensus, sed ob prudentiam dilaudatus fuisse legitur. *& laudavit Domini uillicum iniquitatis, quia prudenter fecisset.* justè laudatus est inquit Clarevallenensis Abbas ep. 257. qui Domino rerum natus, quam personarum jactaram facere elegit, potius fraudem facere Domino suo, quam proximo non miseri. At verò avarus quisque villicus, dum omnia sibi uni vendicat, & lolij instar criticum exigit aut velut agnus catus flores vicinos fascinat, vel tanquam hedera murum, cui inheret labefactit, aut aquilinae instar penas peccatis ceteras devorat, certè & bona boni Domini sui, & bonos subditos dissipat, rerum simili & personatum jacturam infert, nec misericordiam facit, sed miseris, dum parvum integrum, imò oppidum, urbem, regionem universam propter

propter insatiabilem suam cupiditatem in unicū nōfocum convertit. an non vituperio omni supplicioque dignus, durissimum sustinebit iudicium & profundissimam habibit gehennam? ad judicium itaque avaros provoco, & qui in rationibus suis volvendis, revolvendis, calculantis, recapitulandis toti sunt, rationum hodie rationem reddere aut certè praecogitare rogo, moneo, jubeo.

*Villici non
Dominii tema
poralium bā-
norum sumus.*

Meminisse in primis avarum unumquemque velim, nullum omnino ex omnibus ullovis jure Dominum vocari posse, sed villicum duntaxat, seu dispensatorem ad Domini supremi voluntatem quolibet momento exauthorandum, atque cogendum ad rationes accuratissimas. mea est, clamat Dominus, terra & uos advena & coloni mei es. Lev. 25. v. 23. hinc liquet (Philonem de Cherubim recito) nos alienis uti possessionibus, nec quidquam habere proprium, sed usum fractuum tantum, quamdiu vivimus. Cum itaque proprium habeamus nihil, & sicut nihil in mundum intulimus, ita nihil elaturis simus, eur stulto labore consumimur? augendisque divitijs sanitatem, vitam, animam, salutemque expendimus & super impendimus? Villici ergo cum solummodo simus, jam assessor illud, quod in avarum Babylonis Regem inventus Habacuc, vñ exclamat: *vñ illi qui multiplicat non sua, quidquid avarus congregat & corrudit, non est ipsius proprium, quia villicus est, & quidem iniquitatis, & tam deest illi quod habet, quam quod non habet. vñ ei qui multiplicat non sua.* ex alienis bonis auget malum suum sicut ex optimo epoto vino hydropicus auget venenum suum, aut ex attracto vicinarum herbula rum humore paliurus auget spinas suas. *vñ et qui multiplicat non sua.* dum enim corrugat aliena, perdit sua, sicut eanus Aëopicus, dum ossam in aquis venatur, sicut gulo vel helluo, dum plus nimio eibum potumque ingerit, ingestum nequit dirigere sed necessarium alimentum cum superfluo egerere

egerere cogitur. *vae i qui multiplicat non sua.* nihil scilicet sibi profutura, sed alienis rursum in spolium cessura, sicut aperes sua non sibi mella colligunt, ares suos non sibi pullos excludunt, oves yellera nutrunt, boves aratra ferunt, *vae i qui multiplicat non sua,* usq; quo aggrauat contra se densum lutum? omnes divitiae lutum sunt, in quo voluntari gaudet avarus, & hoc lutum tamdiu multiplicat, dum seipsum in eodem sepeliat, coenam quam celi amantior, nummi quam Numinis cupidior, corrogandi aliena, quam erogandi in pauperes propria studiosior. usq; quo aggrauat torquem suum (ita se pruiginta vertunt) ut eodem obstrictus dæmonibus pertrahatur in gehennam.

*S. 3.
Avaritia ex-
citat prope-
tas ut patet in
Balaam.*

Ingens haec vesania est, & ex eo capite longè detestabilior, quod non profanos modò & seculo deditos invadat, sed prophetas quoque peryrat, excæter, dementet, Promilibus unum spectemus & detestemur Balaamum, de quo Num: 22. legere est. non poteras impetrare a Balaam Rex Balac, ut malediceret exercitu Israëlis, donec legati dicarent: paratus est Rex noster honorare te, seu ut legit Oleaster dicere te. tum jumentum concendit, urbeque egreditur. atque stricto gladio Angelus prohibet asinam quid hoc? mirabor cum Ambrosio Ib. 9. in Lucam c. 19. *asina Angelum* Dei vidit, quem homo videre non potuit. vis causam? angelum non videt, quia regio muneri intentus erat. horripilat asina & semiræxit, statque attonita. hic Balaam more impatiens verbera verberibus cumulat, exprimitque ab asina inauditam hanc vocem: *cur me percutis?* audire Balaam? nec miraris & sciscitaris, quis asinam tuam loqui docuerit? Balaam, inquit S. Augustinus in quest. super Num. nullum signum admirationis ostende videns asinam sequentem, car non obstupuit, & defacilitate loquendi asinam non interrogavit? O asinæ magis asinum! sed causam placet recipere: tantæ cupiditate ferebatur, ut *quanta*

Annot.

Quanta sit vis avaritiae ad oocæcandam mentem, siquidem nec miraculum tantum & prodigiū potuit oculos aperire, quos clauserat avaritia. Hæc S. Augustinus: observo in super prophetam non tantum non stupuisse, sed calentio-næstu percitum exclamasse: *uinam habarem gladium ut inservicerem te.* cui furori temperando aptissimè asina stylum mutat, nec expostulat: *cur me percutis?* sed leniori phrasi: *animal tuum sum.* hoc erat dicere: si me intermis, tibi in-cordi, odas, agetur quidem de mea pelle, at de tuo marsupio, pellem perdam ego. tu asinam tuam, cui si aliam sufficeris, ne pedes cogatis incedere, quod nummi erunt expo-nendii! hic Balaam tandem lapere, mutare mentem, & non de ea le modo cogitare quidquam, sed & verberibus super-fedie cœpit. O maledicta cupiditas! O viens non videns! Propheta excoecata, que te cœpit dementia, ut immimentem Angeli manum non exhorteas, impendentem capitum tuæ tempestatem non sentias, miraculim non attendas, so-liti intenitus: *paratus est Rex noster ditare te.* hic genius avaritorum est, cœlum non spectant, vindicem Deum non ob-torvatis, gloriam æternam non estimant, infernum non cu-fant: exitium æternum non carent, huic soli cogitationi intenti, qui ditaris & immōdicis opibus possint augeri.

*S. 4.
Avaritia con-
sanguinitatis
non respicit ut
patet in fra-
tribus Joseph.*

Major adhuc avaritiae cœcitas ex eo apparet, quod nec proprijs languinis daminum eurent avari, dum eura est num-mi, solaque de censu censura, de quæstu quæstio, conclu-datur erat contra innocentem Joseph à patricidis fratri bus Gen. 27. *ecce somniator venit;* venire occidamus eum, liceat mihi hic nefarios interpellare patricidas, proque innocenti capite causam dicere. misericordia O fratres! quid me-tuit insens? somnum suum prodidit? ex simplicitate di-xit; polymitam à patre accepit? paratus est eam cuivis ce-dere; accusavit vos de crimine pessimo? non ad judicem, sed ad patrem detulit, ut vindicem Dei manum à vobis averteret,

averteret, parcite sanguini crudeles! eato vestra & sanguis
est. quæ ista erit vesania? furere in vosmetiplos proprio-
que exsaturare sanguine feralem sitim. ut servetis innocen-
tem fratris sanguinem, vestrum alio morti propinare dece-
bat: & placebit adhuc satianda libidini prodigere frater-
num? quid ad hæc terra? quid cœlum? quid spectatores
superi? quid ultores inferi? clamabit terra voce sanguinea,
& non cataclismum modo cœlo, sed ignes excitabit in-
ferno, quæ nefandam aboleant maculam, si tamén ullis i-
gnibus poterit aboleri. Expendit ista Ruben & pedem a-
nimumque à cæde revocans exclamat: manus vestras servare
innoxias. persvasimus, parcerut interea sanguini tuo inno-
centissime Josephe, sed cisternam veterem non effugies, &
quia vetus est, bene te sperare jubeo, spem etenim ibidem
invenies, quæ ex veteri adagio in puteum dicitur cecidisse.
Ecce Israelitæ appropinquant mercatores ditissimi, quios
puer captivus ijsdem tolerabili pretio, vendatur, ut con-
scientia nostra evadat securior, & facculus locupletior.
quid nobis proderit, si occiderimus fratrem nostrum, melius est, ut ut-
numdetur Ismaelius, placet consilium: acquieverunt omnes fra-
ternib[us] istis. res mira! cum de occisione agitur, unus sal-
tem alterve reclamat. at cum de venditione concluditur,
nemo mussitat, tacent omnes, & consentiunt. forte Jose-
pho mors charior fuisset servitute miserâ. sub qua longa
vivere mortem & dulcissimi parentis omniumque charo-
rum iacturâ privari morte ducet dirius: nihil ista pensant
fratres, si occiderimus, vel in cisterna hærere permiserimus,
quid nobis proderit. vendatur, erit ex iactura lucru
acquieverunt omnes. ô fratres insensati! itanè stimulat inge-
dia, exagitat fúria. turbat superbia, ut parentem optimum
contristate, Deum per maximum ad iram provocare,
sanguine fraterno nūmos mercari non vereamini? nullus
est animo sensus, nullus Dei timor, nulla conscientia.

Si proprii lucri cupiditas cacauit mentes eorum, sic corda depresso-
non offeram Des., non sancti Patris dolorem, non proprii sanguinis
sensum meminisse permiserit. Hæc D. Petrus Chrysologus
term. 29.

Avaritia, quæ vendidit Josephum, prodidit & Christum
non sine mysterio triginta argenteos acceptavit Judas; cau-
sam advertit D. Chrysostomus discubuerat Salvator in do-
mo Simonis leprosi Marci 14. cùm Magdalena irrumpit in
triclinium, effringit alabastrum, unguentoque Christum
suum liberaliter perfundit. non poterat hanc munificen-
tiam ferre avaritia, in murmur insolens ocyus effunditur:
in quid perdite hæc? poterat unguentum illud verundari. plus quam
trecentis denariis. & dari pauperibus: audiatur Chrysostomus:
de qualibet numero centenario decimam partem sibi arrogabat, sive
ut Jacobus à voragine in vita S. Mathiae, omnium, quæ Christo
dabantur, decimam partem furabatur indignatus proinde ex tre-
centis denariis triginta sibi perire, reparare damnum statuit
vel sui dispendio Magistri. inde occasionem sumpsit ven-
dendi Iesum, ait Cajetanus in Johann. II. & S. Chrysosto-
mus in glossa ordinat. apud Lyranum: quod perdiderat in
effusione unguenti, voluit recompensare in venditione Magistri. Pro-
dit ergo Iesum avaritia, quin & eundem morti adjudicat, si
Magni judicio stamus Gregorij. Pilatus pro sua conscien-
tia Christianus, ut Tertullianus loquitur, & iuxta quorun-
dam minus probabilem sententiam apud Christophoruni
Avend. discipulus occultus confitetur Christi innocentiam:
non invenio causam in hoc homine Luc. 13. nec quidquam præ-
termittit, ut morti subtrahat innocentiam. institit enim
quantum potuit (verba sunt Sancti Augustini in pf. 37. v. 2.)
ut illum ex eorum manibus liberaret. sed en dæmonis a-
flutiam? clamant principes populusque: si hunc dimisisti non
si amicus Cesaris. Joan. 19. punctum magnæ considerationis.
Si amicus non sum, cedere jubebor præfecturâ, cessabuntq;

S. J.
Avaritia ju-
dam perdit,
Christum pre-
dit.

mea regalia, nec ullum mihi emolumenntum accedet, et Christo absoluto. quid agam? pereat anima, pereat justitia, pereat innocentia, omnia pereant, dum census maneat & munera. O Pilate quanta hæc iniqutis! justitiam iniquissimus ipse condemnas, causam non invenis, & ramen vitam morti adjudicas? quæ levitas animi tui? an nescis? nemo potest mutare senientiam suam in alterius iniuriam. O cupiditas! quòd non mortale pectus cogis? ideo in Redemptorū mortem considerat & consenit inquit S. Gregorius quia oblationē lucra omittere formidabat. jam non miror Bernardam in avaritiam pronuntiass̄e: ipsa est fornax, in qua omnia Jesu Christi opprobria, sputa, clavi, lanceā, flagella, spinae, crux, mors, ac cetera passionis Christi instrumenta efformantur.

*s. 6.
avaritia Ma-
ter omnium
scelerum.*

Quotnummos per fas nefasque avarus congregat, tot titulis sese dæmoni vendit ac mancipat, ut descelere in seculis volvatur, donec fiat, ut S. Cyrillus Alexandrinus loquitur: athenus & impius, moribus nequam plurimum gaudens & a-nimo barbarico cupiditate rerum alienarum impotenter subingatur, quisquis avaritiæ se subiicit, in tantam evadit impietatem, ut citius Camelus per foramen acūs intrare, citius centenarius auri motu proprio in altum le librare, citius elementum suum ac ordinem mutare possint, quæcumq; emendari avarus, & cæli fieri candidatus. Radix enim omnium malorum est cupiditas ut scripsit I. Tim. 6 v. 10. Paulus & ante hunc pronuntiavit c. 10. v. 9. Ecclesiasticus: *avarus ni-
bile est scelerus si celestus est omnis idololatra, scelerior est a-
varus ut pote qui Deum abnegat, dum avaritiæ se mancipit;* quæ est idolorum servitus: *repleta est terra argento & auro & ri-
pleta est idolis* inquit Vates Evangelicus, ubi aurum, ibi idoli; *di-
dives effectus sum, inveni idolum mihi* Osee 12. v. 8. in hanc ido- lomaniam totus judaismus degeneravit teste D. Chrysologo serm. 29. *aurum iudaicum populum sic captivauit aspectu, specie si-
decepit, ut hoc esse Deum crederent, & Deum verum, Deum tot bene-
ficijs*

*Si cognitum denegarent. utinam non idem faciant hodieq;
christiani. Avaro nihil scelerius. Si scelerissimus ex o-
mnibus judæis Judas fuit, qui Chrysostomo asseverante
serm. 3. de resurrect. parricida pariter & conviva Dominum ven-
tus argento, & fecit de Magistro ferale commercium accipiens au-
rum prodens Deum; sceleriores Judæi plurimi christiani sunt,
qui non tringunt argenteis, sed tribus florenis Christum im-
mortalem, unā quoque animam suam Dominici sanguinis
pretio redemptam diabolo vendunt, né pretium sanguinis
lui assequatur Dei Filius, qui ideo semetipsum exinanivit,
ut anima salvaretur. avaro nihil scelerius omnis est simul
sanguinarius, avaritia enim & crudelitas consanguineæ sunt
cessante Ecclesiastico c. 34. v. 25. qui defraudat pauperem homo
sanguinus est. qui effundit sanguinem & qui fraudem facit
mercenario, fratres sunt. ò quām multi aliquando audi-
ent illud Jeremiæ 2. v. 34. *in aliis tuis* (Hebræi legunt) *in-
veste tuaa preiosas invenius est sanguis animarum pauperum & inno-
centium. Si scelerus est, qui uni asivescit sceleri, quidni sce-
lerissimus fuit avarus, quia se innumeris contaminat, in-
nocentes opprimit, viduas spoliat, pupilos exigit, ope-
arios nescide debitā fraudat, judices corruptit, testa-
menta adulterat, pia legata expungit, rixas seminat, perju-
dia & sacrilegia multiplicat, omne scelus audet.**

*Loquere nunc Orator Antiochene non aurea sed fer-
rea verba, nec loquere, sed percute & fulmina, dic quid sit
avaritia? *vesana divitiarum cupiditas, auditis Chrysostomum,*
est morbus insanabilis, fornax quæ nunquam extinguitur, bestia inc-
*curabilis, præcipuum undequaque precipuum ad omnia sceleria, sco-
pulus affidus plenus fluctibus, mare innumeris ventis agitatum. non*
tot in mari fluctus, arenæ in littore, in nosocomijs morbi,
*quot in uno avaritiæ vitio mala comprehendentur pronun-
tiante Apostolo eos, qui volunt divites fieri incidere in de-
sideria multa nociva & inutilia, quæ mergunt hominem in**

*Avaritia si-
tuli ex Chrys-
ostomo.*

PHILIPPICA XLIII.

interitum, radicem enim omnium malorum esse cupiditatem i. Tim. 6. v. 9.

S. 8.
avarorum
pana.

In avaros compositus est ps. 103. in quo supplicia in futuro præparata avaris per modum afferentis & consentientis recitantur; diabolus stet à dextræ eius. cum iudicatur exeat condemnatus sicut dies eius pauci. sicut filii eius orphani & mendicanti & ejiciantur de habitacionibus suis. nec sit qui misereatur pupilli eius. verba horrida! nec mirum, quia in horrendum avaritiae & scelus proleta, de quo nē dubitari possit dicta fuisse, causa evidenter redditur v. 16. pro eo quod non est recordans facere misericordiam, perfidus est hominem inopem & mendicatum. hoc uno verbo est dicere: avarus fuit. ò avari si adhuc particula ingenuitatis in vobis est, si qua cupiditas æternæ salutis, si qua scintilla rectæ rationis, si qua gutta Christiani sanguinis, si qua micula bonæ cogitationis, perpendite obsecro diabolum stare à dextris, dám dexterā iniquas ratios scribitis & cunias connumeratis, lucrum iniquum coartaveratis, quin projeatis aurum fulvum ad sinistram, nē fatus demon diutius stet à dextris. quin contemnitis eum, nē iudex incorruptus propter aurum iniquum aures equis claudat, vosque condemnet; quin atri famem quotidie minuitis, nē dies viræ vestræ imminuantur; quin inique partocytus redditis, nē filij vestri opinione omnium citius adictas & famem & infamiam redigantur. sanguini vestre parcite, animæ vestræ misericordiam præstare, famæ vestre consulite! sapite! intelligite! Quàm vereor, nē tam parum ego proficiam, quàm Dux & Salvator meus, qui cum acerimā in avaros dixisset invectivam. Luc. 16 v. 14 audierit bec omnia pharisæi, qui erant avariores lupis, avatores draconibꝫ insatiabiliores ipso inferno audiebant & deridebant, ut se cogitabant enim, ut ss. Ambrosius & Basilius non ex vano spieantur, cogitabant inquit: pulchri sermo, sed pulchrius aurum dicit.

1121

Dominica VIII. post Pentecosten.

dite, & ad crepitum usque ridete. cur infernum tot impensis & expensis, tot aureorum millibus emitis, cùm unicus sufficiat aureus civi paupertino ablatus ad infernum properendum? cur infernum in hac vita tot curis, inedijs, vigilijs, infamijs procuratis in præsenti, quasi non sufficiat infernus in futuro? cur iras & diras cælitum, terrestrium, inferorum propter Mammonam iniquitatis in caput veatum, in posteros vestros, in Christianum nomen accersitis, qui de eodem hoc Mammona amicos in cælo longè minori impendio, si Domini potius quām servi divitiarum essetis, comparaturi eratis? respondete vilici iniquitatis, & reddite rationem, si potestis.

PHILIPPICA XLIV.

In Profanatores Ecclesiarum.

DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN

Fecistis illam speluncam latronum. Luc. 19. v. 46.

Deum amaras Iesu mei lachrymas per utramque copio quin exclamationem: Salvete pretiosæ super uniones lachrymæ, que de fontibus oculorum Regis mei tam liberaliter fluitis, & fluendo eluitis oculorum nostrorum sorores. salvete dulces super mel & saccharum lachrymæ, que de cælo oculorum Dilecti mei pluitis, ut pluendo copiotam mihi dulcedinem impluatis. salvete generosæ super vinum lachrymæ sospitatoris mei, que ex vynaria divini amoris cella exsilitis, ut forti instar mortis dilectione me inebrietis.

Cur Iesu suo per ciborum pueris, mee tamen ab extirpatione eam arripuerit.

Salvete

Salvete fortis supra aquam fortem lachrymæ ad excedendum ferrum iniquitatum & solvenda vincula poenarum nostrarum. salvete divinæ lachrymæ redēptionis nostræ pretium misericordiæ divinæ pignus, comiserationis plas- quam maternæ testimonium, securitatem spes serenitatis. ô lachrymæ! ô flamina! ô lumina! ausim querere, cur adeo confusè inundatis? audio responsoriā vocem: *super civitatem*: si tam liberaliter super civitatem decurrant lachrymæ, cur non impetrant eidem veniam, & ab immortali liberant exitio? *videns civitatem Ierusalem* fluit super illam inquit Rupertus in c. 1. Nabum, & tamen non liberavit eam. placet causa? tam grave peccatum erat urbis illius, ut quodammodo veniam non mereretur: *impossibile namque est eum iniuste aliquid agere, iniuste miseri vel parcere.* non inquit possum a me ipsò facere quidquam, videlicet ut faciunt iniusti iudicis. Pecca- tum porro illud queramus, quod fuerit invenimus aliud non fuisse, quam templi profanationem. idcirco namque post lachrymas ad flagella accurrit, vendentes & ementes ejicit, & Domum Dei in speluncam latronum converti di- xit & ingemuit. cogunt proinde me Iesu lachrymæ in eos hodie fulminare, qui nullam templorum rationem gerunt, sed in ijs licere sibi putant, quidquid liber, dignissimi no- vis Iesu lachrymis, imò flagellis, nec flagellis solum, sed scorpionibus, sed fulminibus, sed toto inferno.

g. 2:
Nullum aliud scelus propriis manibus D. deo homo punibit, quam Ecclesia profanatione. Quot & quanta scelera patrata sint Jerosolymis, non tantum ex Christi amarissimis lachrymis colligo, sed vel maximè è sententia benignissimi Servatoris: *vos fecistis illam* hominem inquam domum Parris, domum orationis, diætam Angelorum fecistis speluncam latronum. Si templum est spelunca latronum, quid erit curia? quid forum? quid of- ficinae? quid popinæ? quid fornices? an non Ierusalem me- rebitur novum diluvium, imò Sodomiticum supplicium? an non meritò clamabunt Angeli: *migramus hinc: migramus*

hinc! in templo sacrilegia, nulla pietas; in curia iniquitas nulla justitia; in foro avaritia nulla charitas; in domibus lites nulla pax; in officina scenus nulla æquitas; verbo à planta pedis hoc est, ab infimo plebeio, usq; ad verticem, ad summum Præsidem, non est in eo sanitas, nulla sanctitas, nulla veritas, vulnus recentium peccatorum & livor pravorum habituum, & plaga tumens in veteratæ malitiæ & desperatæ sanitatis. Verum tot ac tanta summorum & insimorum sceleræ non legitur Christus punivisse, imò si quando Deus ultionum liberè egit, si in transgressores animadvertisit, nunquam manibus proprijs utebatur, sed Angelorum ministe- rio, in templo autem delinquentes manibus ipse suis castigat, flagellum de funiculis conficit, reos cedit, mensas ever- tit, vendentes expellit. cur hoc? quia gravissime sensit Deus peccata in templo patrato.

Doctissimus Abulensis questionem movet, utrum ex qualiter peccarint emptores & venditores in templo? illi certè aut levius aut prorsus non deliquisse videntur, quia vendentes intendebant bonum sibi, hoc est, accipere pecu- niæ; emptores vero intendebant emere propter bonum si- nem, scilicet ob gloriam Dei & cultum divinum, ita Abu- lensis q. 72. in c. 21. Marth. accedit quod emperor cogatur ibi emere, ubi vult vendor, & tamen utrosque audin us poenæ subiacuisse, rationem dant Sun mistæ, quia uterque participabat in facto damnato, est enim negotiatio illicita in domo Dei forte ideo quoque punitus est uterque, quia ut Ecclesi. 27. dicitur: *inier vendentem & ementem non derit mendacium.* mentiri autem in loco sacro mò negotiari tan- tum citrà contentionem & mendacium ita adversum Chri- sto est, ut mansuetudinis omnis immemor percutiat, ever- sit eiiciat. O bone Iesu! si his temporibus intrares Ec- clesias tuorum Christianorum, haberes quod ageres, nec tot restiarij habent funes, quot necessarij forent confiden- dis

*S. 2.
Cur emptores pariter cum venditoribus puniunt.*

dis flagellis ad castigandas gravissimas, quæ templo inferuntur, irreuerentias. Multi ad templum veniunt, ut vendant non columbas, sed suam innocentiam, Dei gratiam, ut videant & videantur, dicantque (pudet dicere) amas^m suos oculi tui columbarum. audite Chrysostomum homil. 23. in Matth. contra yetus hoc vitium detonantem: multi ad formas mulierum aspiciendas, ad adolescentorum pulchritudinem curiosius intuendam in Ecclesiam veniunt; mirari quomodo undique fulmina non deferantur? quomodo cuncta fundit non evertantur? hec enim non fatimibus solū, sed etiam gehenna supplicio dignissimis sunt.

E. 4.
Plus peccavit
Adam quam
Lucifer, nec
tamen tanta
pena affectus
est, cur?

Quæstioni quæstionem adjungunt doctissimi Scripturæ Commentatores, utrius peccatum gravius fuerit, Luciferi an Adami? æqualem in utroque gratiam fuisse docet S. Augustinus lib. de grat. c. II. peccavit Lucifer peccato superbiæ: hoc diabolus fecit, imitari Deum voluit inquit iterum Hippomensis Doctor lib. II. de civit. c. 13. peccavit & Adam peccato superbiæ tentationi illi nefaræ acquiescens: eritis sicut Di, nec superbiæ duntaxat, sed decem alijs flagitijs se obstrinxit: acedia videlicet paradisum otiosè perambulando, peccavit curiositate arborem scientiæ lustrando; peccavit uxorius Adam affectu erga conjugem inordinato, in ejus gratiam pomum acceptando, peccavit insuper peccato furti, quia tulit de arbore verita; peccavit gulâ fructum prohibitum manducando, peccavit inobedientiâ transgrediendo præceptum tam leue, ut habet S. Augustinus lib. I. civit. c. 19. ad observandum, tam breve ad memoriam retinendum, peccavit insinceritate credendo serpenti, verbis vero divinis discredendo, quasi seruum hoc Dei præceptum non fuisset; peccavit presumptione de divina miseratione; peccavit mendacio culpam in uxorem regerendo; peccavit excusatione futili, contra quam Augustinus serm. 19. de SS. pronuntiavit. Si Adam se non excusasset à paradiſo non

exculpasset & peccavit denique duplice blasphemia prævaricatio nō em tuam in Majestatem supremam detorquendo: mulier quam dedisti mihi? & quasi Deus non videret sciretque omnia sub siccum folia sele occultando. Enquot criminis patrariat Adam, nec tamen à facie divina projectus est, ut Lucifer, sed venia gratiæ donatus inque spem erectus, thronos illos aliquando suis cum posteris occupandi, è quibus superbus Lucifer irre recuperabiliter excidit, rudentibus inferni in ignem inextinguibilem detractus. Juvat nunc querere, cur assiduissimus Deus Luciferi peccatum unicum gravius senserit, punieritque acerbius quam integrum peccatorum ab Adamo commissorum duodentiam causam in locum, ubi exorbitatum fuit, refert S. Chrysologus serm. 26. desperans diabolus panem incurrit, quia in ipsis oculis divinitatis offendit, palatum Domini profanauit. in templo gloriæ divinæ peccavit Lucifer, ipsumque peccavit in templum, quod sceleris suo contaminavit, idcirco jure asyli gaudere non potuit, quem venia accepere non meruit, penitente & resipiscere permisus non fuit. audite hæc oī sacrilegi templorum prætoratores, & peccati vestri enormitatē ad rationis & conscientiæ trutinam expendite. in templo, inque templum? Iacob est Angelorum, ait Chrysostomus hom. I. in Genes. cap. 1. Ar. b. Angelorum, Regia Dei, celum ipsum; & vos non desistatis ex hoc cælo facere eorum iniurias. ex hac Dei Regia, speluncam latronum, ex hac Archangelorum curia choragium dæmoniorum: heu! quæ flagra quæ fulmina, quæ quantaque supplicia, quam severum irritatae Justitiae judicium in perpetuum vestrum accersitis ex tiuum.

E. 5.
Divini hujus judicij & consequentis supplicij memor
præteres conscientiam scrutatur suam; ex seque sciscitur.
cur timebo in die mala? ps. 48. v. 6. dies mala est, vel extrema
vix, vel extrema iniudi, tunc enim Deus quasi immemor
bonitatis suæ mala omnia in malos detorquebit. cur timebo?
aliquid

Denudo pes
cato plus do-
luisse sicutur
David, quoniam
de peccato in
templum,

aliquid me angustiat, & nescio quid, dicite vos Sacerdotes & consiliarii, vos Angeli dicite, cur in die mala David timebit? prævenit responsum ipse psalmes aitque: *iniquitas calcanei mei circumdabit me*; hæc me in circulum coget, in compedes adducet, stringet, flagellabit. qualis quæsio est illa iniquitas? an equi instar calcitravit, percussit, stravit, an saltibus & ehorcis se excessisse meminit? dicunt nonnulli interpres, esse injuriam Vtiae factam, quem hostibus contremendum objecit, & fidelem illum, nec nisi ad Dominum superpedes jacere paratum, juratumque servum uxore, vitâ, famâ spoliavit, enornique contemptu affecit. Scripturæ enim phrasî idem est levare calcaneum, quod notorium inferie contempsum. ingeniosius alij peccatum esse putant adulterij cum Bethsabæa patrati, calcanei nomine insinuatum, siquidem in eo vena est *Veneris* appellata, & ideo Achilles in Solea tantum vulnerabilis fuisse singitur, ideo nudipedes Religiosi & discipuli in via exalceati jubentur incedere, & Christus pedes discipulorum lavit, ut venam illam rangeret & sanareret, quæ spiritali semper est infesta. alij dicunt Davidem timuisse à peccato finali impenitentia, gratia enim finalis cùm sub meritum non cadat, timere nos facit merito, nè excidamus salutem, sed ego solutionem accipio ex proverbio gentilium dicere solitorum de contemptibus Numinum: *oculum habet in sole*; hoc est, non observat Deos, sed conculcat. Huc alludere David videtur, cùm ait: *iniquitas calcanei mei circumdabit me*, oculos in sole habui, Dei præsentiam non attendi, in arce Sion prevaricatus sum, quæ speciem quandam templi ob singulares presentissimi Numinis gratias mihi collaras repræsentabat, hoc! hoc est, quod in die mala me facit timere, contremiscere, horripilare, & ingemiscere, illachrymari & ingeminareret: *tibi soli peccavi & malum coram te feci!* non erubui ante peccata, qui hoc in loco templum tibi aliquando erigeret dum

dum destinasti. sensit David (Chrysologum recito ser. 3. quantum sceleris sit in ipso Dei peccato conspectu, & ideo clamaret: *Tibi soli peccavi, & malum in oculis tuis*, ita hebr. feci. heu quomodo ejulasset & ingemisset Rex pœnitens, si non in Regia & umbratili templo, sed coram area, imò coram simili qualis nostra est ara & Domini corporis præsentia peccare se meminisset, hæc enim loci circumstantia miru quantum peccati gravitatem exaggerat; certè si sola dorsi obversio contra altare iudaici templi tantopere Deum exacerbavit, ut implacabilem sese exhiberet, prout Ezechiel 8. v. 15. & 17: videre est: *ecco in offiso templi Domini inter ossebulum & altare quasi viginti quinque viri dorsi habentes contra templum*, nunquid leve hoc est Domus Inda? ergo & egofaciā in furore, quantò gravius sentiet divina illa Majestas peccata Christianorum in templo propudosissimè solita committi?

Audio divinam Nemesis ex ore præcipuorum quatuor prophetarum adversus templorum profanatores usque ad deo clamare, tonare, fulminare, ut de eorundem salute poenè sit conelamatum. Evangelicus vates in primis omnē salutis spem illis præscindit, qui in templo iniquitates committere non verentur: *in terra Sanctorum iniqua gessit, non videt gloriam Dei*. terra Sanctorum est Ecclesia inquit Corbelius hic, in ea enim regnat Spiritus Sanctus, multosque sanctificat, in ea sancta tractantur, ac præsertim Sanctum Evangelium. *in terra Sanctorum existens*, inquit Sanctus Bernardus, tanquam in celo iniqua gessit, ideo inventa est iniquitas eius ad odium, nec remittetur. Jeremias orare & plorare pro templi profanatoribus non permittitur, ita affeverante ve-

S. 6.
Terribiles sententia quatuor Proprietarum contra profanatores templorum.
Is 26. v. 10.

S. Bernardus
in de clamat,
post init.

Jerem. 7.
v. 16.

uti ligavit. Abraham, Moysés, Daniel alijque, imò querulatur Deus, si neminem inveniat, qui pro peccatoribus oreret: quasvis de eis virum, qui interponere spem, & stare oppositus contra me pro terra, nè dissiparem eam, & non inveni. at verò pro peccatis in templo patratis orari nequaquam vult, nè exaudire & parcere cogatur. Est enim oratio, ut habet Sancus Augustinus, Deo artificium, oranti subsidium, damoni flagellum, hoc itaque flagelum Deus impedit, ut absque misericordia impij flagellentur. Prophetarum tertius Ezechiel est, quem Deus in consilium & censuram judicij sui adhibet inquiens: nunguid leue est hoc domini iudea (populo christiano) ut facerent abominationes istas, quas fecerunt hic (in loco sancto) garriendo, cachinnando, detrahendo, lasciviendo, furando ergo & ego faciam in furore, non parcer oculus meus, nec miserebor, sed cum clamaverint ad aures meas, non exaudiem illos. si queram qualesnam fuerint abominationes, quibus Deus tantopere irritabatur, alias non invenio, quam quod viginti quinque viri dorsa habuerint contra templum Domini; quin irreverentiam, si cum gravissimis christianorum sceleribus conserferam, muscam cum elephanto contulisse videbor. obturata sunt aures Dei contra vos, qui in templo aures sanctorum coaxationibus vestris offenditis, clausi sunt misericordiae oculi adversum vos, qui in templo oculos vestros evagari liberrime permittitis, nullus misericordiae vobis locus est, qui templum in vitiorum officinam commutatis.

Denique Rex Prophetarum & Propheta Regum, David inquam, gravissima violatoribus templorum mala impetratur ps. 73. v. 3. hisce Deum verbis interpellans: leua manus tuas in superbias eorum in finem. quot verba tot sacramenta. leua inquit non simpliciter percute, sed validissime vobera, & quo serius eò gravius ictum inflige. nec unam solummodo manum adhipe, sed utramque: leua manus tuae, executa-

executionem permitte quo circa & Christus manu sua flagellasse venditores, flagellatosque exturbasse legitur, nec ulli seu Angelorum, uti quondam Assyriorum sub Duce Sennacherib stagem uni Angelorum demandarat, aut aliqui diabolorum, uti quondam in corpus Jobi, neque ulli levitatum uti quondam eadem idolomanicorum in deserto Iudeorum, officium puniendi committit, sed ipse manus admove & supplicia infer: leua manus tuas in superbias eorum, propter unicum Luciferi superbiam pulcherrimum Angelum cœlo deturbasti, cur ergò non unam sed multiplicem eorum superbiam toleras, qui in templo spectabiliores locum affectant, orant ut videantur ab hominibus, vestibus superbis amiciuntur, ut amentur ab hominibus, garriuntur placeant, & multiplici sese superbiam contra Deum & proximum exemplo Pharisæi involvunt. leua manus tuas in superbias eorum in finem. non tantum temporali suppicio sacrificios pleste, sed sine fine discrucia. atque nè dubitari possit, tot tantaque supplicia obviolata templi jura deposita, paulò post addit Psaltes admiratione plenus: quanta malignus est inimicus in sancto, & gloria sunt, qui oderunt te in medio solennitatis, sive ut in Hebreo est, in medio templi, in quo egitur solennitas. hæc est causa, cur manus utraque Dei vindicis ad inferenda gravissima supplicia experatur, quia in medio templi, tempore solemnis officij, in Angelorum frequentia, in oculis supremæ Maiestatis peccatur; & à quibus peccatur, à malignis peccatur, quanta malignus est, ab inimicis peccatur, quanta malignus est inimicus, ab osoribus Dei, sive ab athæis: qui oderunt te in medio solennitatis; quod scelus a deo enorme est, ut Christicidio quodammodo preferatur, unde subjungit Psaltes: super dolorem vulnerum meorum addiderunt. quasi dicat: gravius hoc mihi dolet vulnus dum templo mea violari video, quam illa doluerint quondam vulnera, quæ judæi gentilesque tempore passionis meæ mihi intulerunt.

*S. P.
Profanatores
temporum ju-
dæis deterio-
res sunt.*

*Math. 26.
v. 55.*

*2. Reg. 13.
v. 8.*

O judæis deteriores Christiani, qui in templo delinqvunt! judæi enim Christum benedictum non tenuerunt, non vulnerârunt, non occiderunt in templo arrestante ipsorum Christo: quid id apud vos eram docens in templo, & non me uenisti; at Christiani quâm plurimi in templo Salvatorem suum vulnerant, & super dolorem vulnerum addunt, & nonnunquam in templum convenient ut liberiū peccent. Absaloni similes ejusmodi rebelles filii sunt, & primogenito sceleratorum multò deteriores. Absalon ut in parentis sui caput securiū consiparet, fixit se in Hebron ad tabernaculum foederis concedere: *vadam & reddim vota mea* (ita subdolus ille & nefarius parricida ad Patrem loquitur) *qua vovi Domino in Hebron, cui ignarus malorum David: vade in pace.* ita factum est peregrinationis gratiâ abiit Absalon & sacrificia litavit, *at cum immolaret victimas, facta est conspiratio valida.* hæc loci & actionis circumstantia crimen immaniter auxit, quod victimarum tempore sit conspiratum. habet hodieque Absalon multos confratres confitores, petunt à parentibus aut superioribus licentiam a beundi & adeundi Ecclesiam, audiendi missam, concionem, vesperas; at cùm sacrificium laudis immolatur, foedus incepunt cum Sathan, & validè contra Jesum conspirant, atque in semetipsis denud crucifigunt, ac trucidant. non est pascus Dei filius se in templo lapidari, sed absconde se & exire a templo Joann. 8. v. 59. non quod mori non euperet, cùm ad hoc in mundum venerit: sed nè tanto sacrilegio dominus illa pollutetur, inquit Hugo Cardinalis; & patietur in templo lancto suo super dolorem vulnerum se confici? ut Abelem occideret archilatro Cainus, in agrum innocentem agnellum eduxit, cur domi clavam in caput fratris non impedit, aut jugulum cultro petijt? responsum Chrysostomi in promptu est: *quia dominus illa templi Domini Sabaoth formam habebat,* & tu sacrilege violator templum Dei sanctum violare ausisti.

Dominicá IX. post Pentecosten. 241
disperderet te Deus longè severius, quâm Cainum disperdidit.

Quid est templum quod tam liberè gatritonibus, canchinnis, impudicis aspectibus violatur, quid est templum? cor urbis est, coenaculum grande stratum est, sponsa Dei incarnati est. cor urbium esse templum Chrysostomus dicit, & indubitanter asseveravit: *sicut à corde procedit vita, eoque unde quoties Ierosolymam Christus ingressus est, totijs recto itinere templum adiisse scribitur.* hoc erat boni medici ait ciratus Chrysostomus, ut ingressus ad infirmam civitatem ad primam originem intenderet, nam sicut de templo omne bonum, ita de templo omne malum egreditur. Sponsam Christi vocavi Ecclesiam, ita namque aquilina illam depingit pennâ Joannes sicut sponsam ornatam viro suo: nullus tantopere zelat pro Sponsa sponsus, sicut pro deo Ecclesiae Christus, quem zelus domus Dei comedisse diciatur, ut intelligamus zelotypum esse Jesum, nec offendit fatus posse, quâm si in sponsam ejus peccetur. ut Assverus Amanem vidit lectulo Reginæ Estheris incumbentem, gravissime stomachatus, Aman mox in altissimum patibulum absque ulla inquisitione ulteriori appendi jussit exclamationis: *me presente in domo mea.* ô quoties idem repetere posset Regum Rex, & in malam nos reprobare crucem, quod ipso præsente in domo ejus patrando scelera multa charissimam suam sponsam iniquissime volemus. Denique coenaculum grande, ut scripsit S. Hieronymus in c. 14. Marci Ecclesia est, de quo ingeniosè Bulgarorum Archiepiscopus Théophylactus observat, quod pascha ultimum celebraturus Salvator hæc Petro & Joanni precipiat: *ut in civitate occurreret vobis homo, cur nomen non exprimit?* sciens & occurreret vobis homo, cur nomen non exprimit? sciebat Dominus ejus, cuius sciebat mysterium & occursum ait Ambrosius lib. 10. in Luc. nomen non expressit nè proditor

*S. B.
Templum est
cor urbis spacio-
sa Christi, coe-
naculum granu-
de.*
*S. Chrysost.
hom. 28. in
Math. 21.
v. 12.*

*Apoc. 21 v. 2
Ioan. 2. v. 17.*

*Esther. 7.
v. 8.*

ditor cognitio nomine ait Theophylactus in cat. S. Thomae domum panderet Pharisæis, qui venientes cepissent eum, non enim conveniebat, subjungit Origenes, ut ibi caperetur, ubi cum discipulis manducaverat pascha. & tu ibidem illum o! christiane denuò trades, flagellabis, crucifiges? coenaculum grande Ecclesia est, quisquis in hoc peccat, non jam flagris, sed scorpionibus dignus est.

*S. 9.
Gravissimi puniuntur peccata, quod gravissima sunt in templo.*

Non ergo miremur amplius peccata in templo patrata, gravius quam gravissima quæque à justo Namine tentata, Christum adducunt Pharisæi, nequam hanc piissimum Salvatorem condemnat aut flagellat, nè increpat quidem, quia in templo non peccarat, sed peccasse pochirebat. è contra Pharisæum jactabundam ex templo cum omni ejusdem castimonia & eleemosynis Christus ejecit, quia in templo vanæ gloriae peccato se Pharisæus contaminavit. Zacharias Angælo nuntianti præcursoris Dominici conceptionem non credidit, Thomas Apostolis resurrectionem Dominicam enarrantibus fidem patiter non adhibuit, nec tamen Thomas mutus efficitur uti Zacharias, quia hic in templo extra templum ille crimen infidelitatis patravit. colaphisatur, flagris dilaceratur Dei filius, nec tamen cædentiū manus are fiant, nec flagellantum tergora flagellantur sicut Jeroboamī manus arefacte sunt, eo quod Prophetam Michæam in templo percussisset, & Heliodorus flagellatus est proper Solymæ in templo expilatum, ut non absque ratione dixerit, gravius punia à filio Dei, cui Pater omnino dedit iudicium, in templo, quam in proprium corpus suum patrata criminis postquam Judas triginta argenteos tanquam in iusto innocentium in sanguinis pretium in templo, & forte in eundem templi angulum, in quem numeri maioriorum ex sex ante diebus Christus abjecerat, conseruit, projectus & ipse à Deo est, quasi hoc scelerum suorum priorum

*Reg. 12.
v. 4.
2 Machab. 3. est proper Solymæ in templo expilatum, ut non absque ratione dixerit, gravius punia à filio Dei, cui Pater omnino dedit iudicium, in templo, quam in proprium corpus suum patrata criminis postquam Judas triginta argenteos tanquam in iusto innocentium in sanguinis pretium in templo, & forte in eundem templi angulum, in quem numeri maioriorum ex sex ante diebus Christus abjecerat, conseruit, projectus & ipse à Deo est, quasi hoc scelerum suorum priorum*

priorum complementum esset, & veniam exinde non metteretur. tam grave enim peccatum est, quod in templo patitur, ut difficilem habeat remissionem; excidium Solymæ & regni Israëlitici prædicens Salvator, causam refert in sanguinem effusum & potissimum Zachariæ occisi inter templum & altare Matth. 23. v. 35. ille enim sanguis potissimum vindictam clamat, illa impietas severam iustitiam exigit, illud peccatum ultionum Deum irritat, quod in loco Sancto committitur.

*S. 10.
Cur dicitur, quod IESVS experit edidit?*

Non sine grandi mysterio Evangelista describens ejusmodi onem verdentium & ementium per verbum capit expressum, ut inueniret ejectionem profanatorum ex Ecclesia nondum esse finitam, nec supplicium eorumdem itaquam finiendum! sepius ejcere. sicut olim ejecit, ita hodie multos ejcet ex vita, ex gratia, ex æternâ gloria, ex felicitate temporanea, quia in templo iniqua gesserunt. manet æternumque manebit sententia in impiis lata Soph. 1. v. 9. visuabò super omnem, qui impie domum Domini iniquitate. infinitus sim, si exempla eorum adduxero, qui propter violata non tantum veri Numinis, sed & profanorum deastrorum templo infelicissime

Xerxis exercitus ex quinquagies centenis millibus eorum periret, quia templum Apollinis profanavit; Alexander milites in sece mutuis cædibus servierunt, quia Bacchi fanum profanarunt. Iulij Cæsaris exercitus periret, quia in Francia tempora diruit, quanto magis petibunt, qui Dei vivi & veri tempora arasque profanant. Filij Heli appellantur dæmoniaci & athei, & pestis reipublicæ, quod ab omnibus sceleribus templum Domini contaminarint. perro filij Heli, filij Belial nescientes Dominum. Chrysostomus legit in psalmis. si y Heli, filij pestis; non eò quod i Dominum negarent, sed turpia facerent, in tabernaculo, nesciisse Dominum dicuntur, inquit Orator aureus.

*¶. m.
Profanatores
templo nō me-
rentur miseri-
cordiam, quod
quatuor figu-
ris ostenditur.*

Tantum revera crimen est peccare in templo, ut miseri-
cordiam non mereatur. *Liquis*, verba sunt Galfridi apud
Tilmandum, quod ob avaritiam maximè eorum, qui in templo ne-
gotiabantur immixtis ei civitati excedia videbantur, quando post his
obrymus & querelas illi paucissimum sunt electi. Nabuchodonosor
ingentibus se obstrinxerat sceleribus idololatra, tyrannus,
injustus, ambitiosus, raptor, & tamen illi solum peccatum
in Hierosolymitanum templum patratum obijicitur *Hab. 2.*
v. 17. iniquitas Liboni operies te, opprimet inquam te ut San-
chez explicat peccatum violati templi. Cur autem Liba-
no comparetur templum, duas assignat rationes Cornelius,
quia videlicet ex ecedris Libani extructum, deinde, quia ab
altissimis lapidibus, e quibus constabant muri, ita albicabat,
ut Libanus sive candor merito diceretur.

Nabuchodonosore parente peior filius Balthasar *Dan.*
3. v. 5. cum vasis templi abuteretur tanquam belli spolijs
(ō Germania ! quæ in nupero bello octoginta calicum mil-
lia perdidisti, compatrio hic ego tibi, vñ autem dico raptor-
ibus spoliorum ex Ecclesijs tuis ablatorum) ita irritavit irā
Omnipotentis, ut absque mora facta sit in impiam Regem
executio: in ebdens hora apparuerunt digihi quas manus hominis fer-
bentis contra candelabrum. fuerit hoc ipsum ex templo Sal-
monico candelabrum, quid manus hæc portendat, glossa
indicat ordinaria. fertur sententia divina contra prædictos
peccatores in scripturis, & ut firmior ostendatur *in hac con-*
scriptione scribens est *Dens Pater, manus Filius & dighi Spiritus San-*
tus. Tota concurrit Trinitas ad irrevocabilem ferendam
sententiam adversus templi violatores. Si Pater æternus
Deus ille ultionum libere ageret recurci posset forrè ad Fi-
lium; si talis Filius qualis Pater, appellaremus ad Spiritum
Sanctum. scimus enim ex Fastis Marianis adolescentem pec-
catorem à Patre reprobatum. à Filio despectum, fuisse de-
plicet à Spiritu Santo reconciliatum Patri & Filio, at vero
si cir-

*E*tiam Spiritus Sanctus scribit mortis sententiam vñ tibi
Balthasar ! vñ tibi aula ! vñ civitati ! vñ regno ! tam hor-
ribile peccatum est, ut tota Trinitas compareat sententiam
proferens & subscribens.

Juvat ex eodem fonte figuram adhuc unam stabilien-
dæ nostræ sententie adducere. Postquam Ezechiel abo-
minationes in templo commissas descripsisset c. 8. recenset
mox poenam c. 9. v. 2. & ecce sex viri venibant de via porta
superioris. justè Deus ! quid sibi volunt sex viri, cùm duo
sufficerint Sodomæ evertendæ, unus protoparentibus è
paradiso eliminandis, unus Sennacherib exercitui delendo.
ecce sex viri de via portæ superioris, qua respicit ad aquilonem
ō malum omen ! ab Aquilone omne malum ! & unus quæ
was interius in manueium. Vir quoque unus in medio eorum vestitus
erat lineis, quid hoc rei ? quæ illa persona in lineis ? respon-
det S. Gregorius 2. moral. c. 13. vir vestitus lineis est Redem-
ptor noster, qui etiam , de tribu Sacerdotali aliquos parentes habuit.
Pro vestitu lineis septuaginta legunt: vestitus pedere, erat in
medio sex virorum unus in habitu Pontificis ait S. Hiero-
nymus, habitus pontificalis est misericordia conciliandæ
idoneus. at hic non misericordiam sed justitiam atque vñ-
dictam provocat, & eversionem urbis urget ob templum
violatum. tantum enim peccatum est, quod in templum
committitur, ut ipsa misericordia in vindictam mutetur.
Ter tentat Dei Filium Sathanas miro prorsus astu-
prima tentatio cedere in damnum Christi debebat, ut vide-
licet ex lapide faceret panes, quam tentationem omnes illi
patiuntur, qui præmium æternum vertunt in lucrum tem-
poraneum. tercia tentatio fuit ut pro omnibus mundi re-
gnis semel caderet in terram & adoraret diabolum. media
tentatio fuit severior ceteris & insolentior, ut se è pinnacu-
lo templi præcipitaret in pavimentum. Casus vocatur pec-
catum idolatricum, si cädens adoraverit me. at vero pecca-
tum,

rum, quod non dico in templo, sed extra & in vicinia templi patratur est præcipitum, si mirum lapsus quilibet in templo præcipitum est. at verò idololatria extra templum nonnisi casus respectivè vocatur, ut sciamus inquit Padilla peccata alias gravissima, quæ in templo committuntur, in gravitate excedere ea, quæ extra templum perpetrantur, in quamvis in genere suo sint atrocissima, tantumque ab illis distant, quantum præcipitum à casu.

*§. 12.
Profanatores
tempoli genti-
libus & dia-
bolis astero-
res.*

Idololatris pejores qui in templo delinquent, gentiles enim ipsum limen honorabant, & nonnisi nudipedes intrabant (quod defactò servant Saraceni). *Tarpeium limen ad natum* Juven. Satyr. 6. at verò Christiani in templo eorum venerabili exposito sedent, garriunt, rident, nugantur, procancunt, lasciviunt; proh nefas plusquam ethnicum! plusquam diabolicum! ecce Dagon iacebas pronus in terra iuxta Arcam Domini 1. Reg. 5. v. 3. at vetò dum repositus Dagon esset à sacrificulis, eccidit denuò die postera, & quidem longè gravius, porro Dagon solum truncus remansit v. 3. cur in secundo casu truncatur, non in primo? respondet author recens, quod primâ vice Arca possessionem templi adierit, adeoque priorem loci possessorem templo exire jussit, imò ejicit, querat sibi cultores Dagon, sed extra templum ab Arca iam possessum & consecratum. at verò dum secundò collocatur in Ara, non cadit simpliciter, sed præcipitatur ad comminutionem, ut moneamus quām sit periculosum peccare in templo, & quidem iteratò peccare, postquam supplicia reis inficta legimus, zelum Det pro domo, pro paradiſo, pro sponsa sua vidimus, minas profanatoribus templorum cœlitus intentatas audivimus. Finiat Augustinus & ultimum in profanatores Ecclesiarum fulmen detorquet (et 2. v. 51. diabolo ductore ad Ecclesia convenientem pergit), & cum eodem ad eterna properatis tormenta.

PHILIP.

PHILIPPICA XLV.

In Ambitiosos.

DOMINICA X. POST PENTECOSTEN.

Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Luc. 18. v. 14.

*N*arrat Herodotus lib 7. Chilonem Philosophum Spartanum rogatum quid totos dies ageret Jupiter, respondebat: humilia exaltat, exalta humiliat. bene proinde Artabanus Artaxerxi dixit teste Herodoto lib. 7. gaudet Deus eminentissima quæque deprimere, quia neminem nisi seipsum sinit magnifica de se sentire, verissima hæc est veritas, cuius exemplum habemus, verba Basiliū recito de hodierno Pharisæo loquentis, illius superbi, qui dum exaltari voluit, humiliatus ad inferos est. Dominus superbis resistit, tanquam sua contumelia propulsator ait S. Ambrosius in ps. 118. & quoddam veluti suscepit adversus superbiam speciale certamen. vide monet S. Hieronymus ep. 45. ad Anton. quale malum sit, quid adversarium habet Deum. Adam teste Ephrem horâ non à matutinâ formatus, horâ tertią pomeridianâ paradiso expulsus est, cur tam eiò? quia maximum admisit peccatum; maximum peccatum ait Ambrosius citat. in homine superbia est, nam nisi homo servatus per persuasione deceptus, sicut Deus esse voluisse, nunquam dignatus deesse fuisse. denecisti eos, atque allevarentur ps. 71. in qua S. Gregorius 3. moral. 7. non dixit nisi quam elevati sunt, quia hoc ipsum sit superbis interitus acies, quod eis à falsa contumacia exaltari. contra ambitiosos itaque absque verbis ambitu dicentem, submissis auribus & animis percipite.

Ambi.

*s. t.
Deus his
superiorum.*

s. 2.
Ambitio em-
blematice ut-
praga.

Ambitionem in emblemate expressuri veteres viragi-
nem pinxeré ad ardua proreptantem juga, ubi coronæ, sce-
ptræ, mitræ, & cætera honorum insignia visabantur, juven-
cula verò illa lupinam induebatur pelle, & hederâ co-
ronabatur. eujus imaginis interpretationem si quis scire de-
sideret, aio ambitionem idcirco per virgunculam exprimi,
quod cum etate tenera hoc nobis concrèscat vitium, ut in
gemellis Jacob & Esau de primatu ab utero matris concer-
tantibus, in Phares & Zaram in Thamaris utero competen-
tibus, alijsque apparet. Juvencula est ambitio, quia nec
in vetulis veterasceit; iuvencula est ambitio, quia in sequi-
ori sexu prædominatur; iuvencula est ambitio quia infan-
tiliter agit & concupiscit & proreptat, at quo perrepit & per-
angusta ad augusta, quia ut Oleaster in c. 3. Isa. scriptis:
tam cœca est dominandi cupido, ut nibil homines metuant, nibil vero
antur aperta pericula subire, ut præsent. Arrepunt ut honores
surripiant, affricant se, ut desæviant, nequier se humiliant,
ut exaltentur; & sicut Camelus genua slectit, ut onus susci-
piat, unde illi lemma: donec accipiat, ita ambitiosi submit-
tere capira, genua, membra omnia amant, dum honoris o-
nus imponi sibi sentiant.

s. 3.
Ambitiosus
moris lupo.

Verum quid pellis lupina in humeris designat? leoni-
nas potius exuvias, aut aquilarum alas, aut draconum
squamas appingere debuerant. est omnino ambitiosus lu-
po simillimus, & verus extra fabulas Lycaon, unde & Pha-
risæos ambitione turgidissimos lupis assimilatos legimus;
intus autem sunt lupi rapaces. luporum proprium est rapere,

Matth. 7.
v. 15.
Ioan. 10. v. 12.

lupus rapit, ait veritas, proprium quoque ambitiosorum est
alienos sibi vendicare honores, quemadmodum Lucifer
honores patris sui, Adonias honores Salomonis fratis sui
sibi usurpare conatu quamvis irrito attentârunt. Non ra-
pax tantum, sed & ferox lupus est, tunc vero sui impos &
rabidus, cùm catulos nutrit, eosque ab hostium telis ven-
dicat;

Ceat; quo in genere lupos omnes ambitiosus exuperat,
ut ipote qui in filios tuos & hæredes atrocissimè desævit, si
ab his vel per suspicionis levissimæ umbram sibi metuat,
quemadmodum Herodem Ascaloniten in Aristobulum &
Alexandrum, imò & Antipatrum filios suos desævijisse, Le-
ovigildum in Hermenegildum primogenitum suum exar-
uisse, Constantimum quoque in Crispum, Sigismundum ve-
ro in Syagrium animadvertisse accepimus. Lupus græcis
obscurus dicitur, eo quod tenebras amet, & in caligine no-
ctis acutius videat. ambitiosus similiter ut D. Bernardus
epistol. 136. describit, latebras amat & tenebras, lucis im-
patiens est, in imo iacet, videri refugit, optaro namque
neccesse est carcat, nisi caveat arbitros. simulare pietatem,
præfere sanctitatem, fucare scelerata, palliare improba-
desideria fuit eritque semper proprium ambitiosorum. Nec
Dioscorus Ecclesiam Alexandrinam, nec Julianus Roma-
num imperium, nec Pontificiam Cathedram Leo octavus
alijque Antipapæ occupâissent, nisi lupinam suam rapacita-
tem vestimentis ovium, & suas sceleratas similitates simu-
lationis tenebris involuissent. Ambitio hypocryseos ma-
ter est teste Bernardo citato atque ut S. Thomas cum Salu-
tio scriptit: ambitio mortales falsas fieri (dicam insuper
lupos fieri) coegit at ululabunt ejusmodi lupi infeliores
Lycaone, cùm ijsdem non ab Apolline, sed a sole Justitiae
in die novissimo larva & pellis intima detrahetur, ululabunt
in combustionem dati sentient, quām verum hodiernum ef-
fatum: omnis qui se exaltat, humiliabitur, excoriatitur, discri-
biatur.

T. 4.
Ambitiosus
Promotoribus
suis noxiis fa-
ctis hedera
muro.

Hederâ porrò coronare ambitionem placuit, quod he-
deræ instar ad cacumina arborum vel murorum enitatur,
ubi vero apicem tenuit, arborem arrefaciat, murumque
diffolvat, et si utriusque ope ad optatam evaserit altitudi-

dinem. Non dissimiliter ambitiosus in illorum nunquam non ruinam fertur, quorum subtili concupitos honores est assecutus. ideo Datus Artaxerxem, Amalasunthi Go-
thorum Regina Theodorum, Semiramis Ninum, Semitas
midem Ninias filius de medio futilerant. vel etiam id-
circo ambitioni hedera est imposta, ut per hanc ebrietatis
notam propriamque Baccho coronam indicaretur, ebri-
osis esse similes & graviter laborare è capite, qui capitali
hoc vitio laborant. *excavatrix cordium ambitus* inquit Divis
Bernardus, idem facit in animo, quod in humano corpore
ebrietas, caput delibitat, cerebrum gyrat, rationem exca-
vat, pedes enervat, hinc est, quod stare cum nequeant am-
bitiosi, sedere expertant cum Lucifero in lateribus Aquilonis,
vel cum filiis Zebedaei ad dexteram & sinistram, quan-
quam sedere diu & quiescere minime possunt, quia in or-
mine flagitiū præcipites sese devolvunt.

*g. 5.
Ambitus est
traditor &
crucifixor
Christi.
Luc. 22. v. 24*

Præinitiata erat duodecim Apostolis proditio eadem
ad hunc nocte compleanda: *una ex vobis tradet me,* quis tanti
author flagitiū? quis nefariæ complex rebellionis? quis vel in
animam suam hocce nefas inducere potuit? ut resercent
tanti caput flagitiū facta est contentio inter eos, quis eo-
rum videatur esse major. Certi erant Apostoli enorme
hoc facias non posse cadere nisi in ambitiōnum, ut itaque
proditore n depenenderent, in illum inquirebant, qui cri-
mine ambitiōsū teneretur, qui majoratu n afficeret, quis eo-
rum videatur esse major. Sicut enim ex otioso furem in
præjudio Iudei interpretatur, ita ex ambitiōso facile est
proditorem colligere, nihil enim inausum ambitiōlos so-
let relinqui, nec Deus ipse in illius manibus consistere
potest: *eccl. 11. 10. 1. ea m. incarnatus Deus peccatas ab am-
bitiōso Rege passus est in si lrias, utque vita sue à ferro He-
rois esset seclusus, in Ægyptu n ecclere, ibidemque ad
ambitiōsi usque tyranni latitum debuit commorari?* an
non

*Non potissimas eidem Servatori struxere insidas Pharisæi
ambitiōsi? an non Pilati mentem evenit, & in fatalem ad-
versus Dei filium sententiam coegerit ambitio? cum scilicet
vox insolentis populi resonaret: non es amicus Cesaris, ma-
ritiosè nimis id calumniati sunt, exclamat Divus Cyrillus
Alexandrinus, non ignorantes Pilatum etiam invitum citi-
bus facturum, ut ipse tutius viveret & presideret. Sensit
nimur Pilatus cum Julio Cæsare solito dicere: si aliquan-
do violandum jus est, dominandi causā est violandum; si
iustitia exterminanda, si infernus celo commiscendus, si re-
cum universitas evertenda, dominandi gratiā exterminetur,
commisceatur, evertatur. en quo rationalem creaturam
iniana ambitio deducat.*

Prudenter igitur Apostoli ex crimine ambitiōis, crimen
quoque rebellionis & proditionis poterant inferre. non
mea sed Doctorum augustissimi hæc est oratio ita pronun-
tiantis serm. 28. ad fratres in eterno: *videntes discipuli fasciem,* *S. Augustinus*
quam Angelis apparet desiderant esse turbaram, dixerint quis esset ille? serm. 16 ad
querentes quis eorum esset maior, quia arbitris suis: ille qui maior *frat. in eteo*
mo. *pp. ni dominari possit, Magistrum prodere procurares. nec tantum*
prodit, immaniter crucifigit Regem gloriae ambitio, ut Psal-
log. affirmavit: accedit homo ad cor alium per ambitiōnem, & ps. 63. v. 2.
exaltabitur Deus, crucifigetur Deus, occidetur Deus; per ex-
altationem enim intelligi crucifixionem ex iphius veritatis
ore didicimus Joann. 2. v. 2. exaltari oportet filium hominis; *nam exaltaveritis filium hominis, ego si exaltatus fuero.* Ob crimen
ambitiōsū, quod humillimo hominis filio affixerant judæi,
crucifixus est Iesus, imò propter ambitionem nostram exal-
tatus in cruce Christus est, accedit enim homo ad cor al-
lium, & exaltabitur in patibulo Deus.

*g. 6.
Inter invitatos ad coenam regalem seu gloriam cœlestē
fuit Dominus de novavilla, qui se in hæc verba excusavit: Ambitus est
victus eius & necesse habeo errare. Necessitatem allegat Villa, demonstretur*

*Ioann. 19.
v. 12.
Cyrilius lib.
12. c. 7. inde.*

nus iste absentandi se à cœna supernæ glorie, quia videlicet ambitiosi salus prorsus desperata est. *aut : necesse habet* (Hugonis Cardinalis in c. 14. Luc. interpretatio) *ambitione cogente, qua non potest coram Deo manere, nec in calo habuare.* Fatalis quædam necessitas incumbit ambitiosis, ut Deo vocanti resistant, divinas eiusdem leges pestilent, & in villarum transversum ferantur. homo nascitur ad laborem & avis ad Volatum. inquit viva in Hussio fumeto Patientia c. 5. v. 5. per hominem intelligitur humilis, per avem ambitiosus, cui innatum est ad alca tendere, & infastas cœli volucres (itadæmones Christus) æmulari; unde & ambitiosi vocantur filii dæmonum, filii ignis in eorum translatione, qui citata Jobi verba sic legunt: *filii dæmonum nati sunt ad volatum, ut indubie constet, ambitiosos esse dæmones.* dæmones enim sunt cupidi honoris ait Abul. q. 3. in c. 2. Matth. quanquam dæmonibus omnibus nequiores esse dubs. ambitiosos demonstraro. convenienter enim inter se pacifice unus sub tecto, non duo tantum, sed duo millia & amplius dæmonum, ut in energumento illo Luc. 8. v. 30. patet, qui plusquam à sex millibus, legione scilicet integrâ possellus fuit; at verò duo ambitiosi, una in cathedra, curia, regno, mundo compati se nequaquam poterunt, quin alter contnuo alterum extermineret, ut verè ex hoc detur intelligi (concepimus & verba sunt Sancti Bernardini Senensis tom. 1. ser. 25.) quod tales ipsis dæmonibus sint pejores. Quodsi dæmonibus deteriores sunt ambitiosi, digniores pariter erunt præillis confundi & exananiri juxta veritatis Evangelicæ effatum: *omnis qui se exaltat humiliabitur; quam superborum humiliationem ubi tribus symbolis ex cythara Davidea petitis adumbraro;* tribus itidem fabellis, tribus item minimè fabulosis ex sacris profanisque literis exposuero exemplis, evolent, per me licet, quam altissimè liber ambitionis, nec tantum mortalibus se præferant, sed & immortalibus exæquent.

Fumum

Fumum in primis hymnographus regius ps. 36. v. 20. proponit, in eoque ambitiosos adumbrat: *quemadmodum fumus deficient, fumus ascendendo deficit,* inquit Magnus Gregorius lib. 1. Registr. & se dilatando evanescit. aptissime itaque fumo huic inscriperis: *deficit ascendendo.* symbolum alterum idem Psaltes psalm. 126. v. 4. expressit. *serue sagittæ in manu potentis, ita filii excusorum, excussi ex electorum numero & velut ejecti ex arcu divina iustitia sunt ambitiosi teste rursùm Gregorio iib. 24. moral. c. 23. evidentissimum reproborum signum superbìa.* inscribamus his sagittis: *tendimus in centrum.* in æternum damnationis centrum, & immortalis infelicitatis punctum recta cum Lucifero dominis tendit ambitiosus. tertium denique symbolum in campanæ resonantis evanido sonitu insinuavit ps. 9. v. 8. *præmissa memoria eorum cum sonitu, meminimus invictum cæsarei exercitus Ducem generalissimum, cum urbem Erfurtensem transiens ingentium campanarum sonitu salutaretur, & quomodo clangor ille placuisse interrogaretur, vernacula telpondisse: magni stulti, magna nola, grandibus nolis in grandissimæ stultitiae suæ tesseram ambitiosi se onerant, suamque populari auræ memoriam commendant, sed perit hæc cum sonitu; accinamus hiscè campanis: Iudibrium veniū. sentient certò cælo terræque Iudibrium sese fuisse, cum à quatuor ventris congregandi, extremas stultitiae suæ poenas sunt naturi, quas ingeniosis fabulis Divus Cyrillus expressit.*

Formica enatis, ut in adultis fieri solet, alis in altum se levavit & philomelæ prætulit, sed ingruente pluvia redire coacta ad spelæolum, unde evolârat, inde à cæteris formicis tanquam otiosa excludebatur, dum fame cogente in incertum vagaretur, philomelæ denique in prædam cessit. Formica ejusmodi Sennacherib fuit, de quo 4. Reg. 18. & 19. alcedidit Rex insolens & Angelis (quos non irempie philomelas cœlestis paradisi dixerat) se non mœdo aqui-

E. 9.
Tria ex psala
mis symbola
contra ambi-
tiosos. totidēq;
fabella.

PHILIPPICA XLV.

S. Cyprianus
Serm. de iec-
esa.

Proverbs 16.
v. 18.

paravit, sed & prætulit; verum ab Angelo exalatus damno suo didicit, quām peremptoria sit, ut ait D. Cyprianus, omnī quasua aliquid. Testudo humi repens Aquilam sublimē volantem supplicibus votis exoravit, tollere se una in altum sustulit Aquila testitudinem, sed ex alto in petram illisit, & superbū elisit spiritum. Talis testudo Simon Magus fuit, in quem falsè D. Ambrosius serm. 66. cū elatus subito magicis artibus volare cœpisset, Petrus fixis genibus precatus est Dominum, & victimū illum de sublimi aere depositus, & quodam præcipitio in saxum illidens ejus crura confregit, ut qui paulo antea volare tentaverat, subito ambulare non posset, & qui pennas assumplerat, amittere plantas. Hæc ambrosius. Nimirum quidquid in altum fortuna levat (dicamus potius: levat ambitio). ruitura levata, semperque ut proverbialiter dixit Salomon: ante ruinam levatur spiritus.

Proceræ arbores humilem & nodosam despiciebant arbosculam, at vix satyram suam absolverant, superveniente hero ad ædificium excise sunt, nodosā relictā, quibus illa lessum accinuit: quām bene me genuit Natura gracilem & nodosam cū formosis & proceris tanta immineant pericula. Proceræ arbor Nabuchodonosor fuit, de quo Danielis 4. legere est: somniabat ille arborem tantæ proceritatis, ut vertice nubes contingeret, foliorum ambitus terram latè inuolbarer, fructuum ubertate volucres parceret universas. sed o brevis nimium gloria! adest subscindi arborum, amputari ramos, dissipari. Simile ambrosios omnes manet excidium, iam enim securis ad radicem posita est.

Abrumpo dictionem, & Bernardi repeteo ironiam: agite umbras os, ascendat superbia vestra semper, Regem vestrum Luciferum sequimini, omne sublime videant oculi vestri, ite per me licet, quoniam sic (scilicet) itut ad astra.

S. Bernardus
in Desca.

PHILIPPICA XLVI.

In Mendaces & Perjuros.

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN.

Loquebatur recte Marc. 7. v. 35.

Magna est laus illa, quam personato hodierno muto dedit Evangelista: loquebatur recte recte loqui paucorum est, quia non nisi perfectorum teste Jacōbo c. 3. v. 2. si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. nunquam pedibus toties tamque periculose, quām lingua offenditur, nam ut nihil dicam de ijs, qui venenum diaboli, ita turpiloquium vocat Sanctus Augustinus serm. 115. de temp. proferunt; nihil de ijs, qui nomina sacra in rebus profanissimis usurpat immemores illius Deut. 5. non usurabis nomen Dei in frustra, qui non erit impunius, qui super re vanâ nomen eius assumpsit; nihil de ijs qui imprecantur totâ die, experti certissimi imprecationem Davidicam ps. 108 dilexit maledictionem & venies ei, sicut venit Popielo Principi polono imprecari singulis poenâ mortis solito: mures te devorent & verò ipse cum uxore & filiis devoratus est, licet se in Goplo lacu tauri inclusisset; nihil de sexcentis alijs linguae vitijs: contra bilingues potissimum & perjuros, quibus præstaretur esse quām loqui, hodie proloquar, & quām enorime utrumque scelus sit, quantâ potero brevitate ostendam. Recte proinde & simpliciter contra duplicitatem ac perversitatem linguarum loquentem rectissimis animis auditore.

Paucos numeros
rare est, qui lo-
quuntur recte

L. 2. Tam familiare & corruptæ naturæ agnatum est mendacium, ut Lycosthenes affirmare ausus sit. facilius pisces sinè spinis, nucleus sinè cortice, corpus sinè umbra, quam sinè mendacio hominem inveniri posse; quod eò facilius credo, cùm psaltes spiritu Veritatis imbutus afferat: *omnis homo mendax*, quia & mundum universum Philosophorum non nemo vocare audet: *forum impostorum*. utinam in uaria duntaxat Insula (de qua Diodorus Siculus lib. 31.) homines cum divisa nascerentur lingua, & non homines plerique bilingues forent. & cum lingua humana copularent diabolicam, juxta id Chrysostomi homil. 76. in Matth. *diaboli linguam habet, qui ut diabolus pater mendacij loquuntur.* Non est permisus in paradiſo diabolus assamere speciem phialomelæ, aut Cygni vel Aquilæ, non formam leonis, alteriusve generosæ animantis, sed serpentis, quia serpens totum virus habet in lingua eaque bifida, ut doceremur, ait iterum Orator aureus homil. 52. in Matth. *vehiculum esse diaboli linguam mendacem.*

L. 3. Gentium Doctor ad odium mendacij incitaturus Ephesiōs ita monet: *omnis sermo malus de ore vestro non procedat, contristat Spiritum Sanctū.* causamque mox adiungit v. 20. *nolite contristare spiritum Sanctum, in quo signati estis*, quasi dicat; qui sermonem emitit malum contristat Spiritum Sanctum! at quis ille sermo malus; in hebræo est: *sermo pueri & corruptus*, videlicet mendacium, quod nos *puerum pisces* vocare solemus. falsus sermo antonomasticè malus dicitur, quia *omnis malitia ibi habitat*, ubi falsitas regnat; & hæc causa est, cur contristatur Spiritus Sanctus, quia videlicet spiritus malus mendacij pater facilimè pessimum dat virtutes omnes, & quemadmodum Adamum paradiso ejecit, dum mentiri illum docuit. ita cælo expellit homines, & ex hominibus Dei imaginem, dum mendacij inducit amorem: *nolite contristare spiritum Sanctum, in quo signati estis*. quale istud signum sit ex pial-

psalmo quarto didicimus: *signatum est super nos lumen vulnus hoc est, ut ex Augustino Bellarmino explicat: Spiritus Sanctus dedit unicuique homini lumen rationis, quod dirigit nos, quid agendum, quid loquendum sit. in baptimate signati insuper sumus lumine gratiae ita, ut ex hoc ipso capite & quavis falsitate abhorre debeamus, quia Christiani sumus.* Sanctus Anselmus liberalissimè credebat omnibus, teste Superio 2. Apr. putans mentiri non posse: Christianos, sed verius quam ille Ethnicus dicere posse: *mentiri non est meum*. quare monitus, nē tam facile credet imponentibus, plena esse mendacijs omnia, mundum in Cretam abiisse. dicitque rursus posse: *Cretenses semper mendaces*. Tim. 1. respondebat Anselmus: nunquid non Christiani sunt, quomodo ergo mentiri possunt? dictum bene! mentiri non potest, qui Christum confiteretur, quia Christus veritas est, hanc qui negat, Christum negat, Spiritum Sanctorum contristat, signaculum divinum in anima sua deletum datur.

L. 4. Egyptiorum nobiles, ac judices potissimum portabant *Mendacium figura diaboli.* ex collo Sapphirum, cui insculptum erat nomen: *Veritas*. Desumptissime hanc cærimoniam videntur Egypti ab Hebreis, quorum Sacerdos summus in rationali suo inscripta gestabat vocabula: *Vrim Tummim: Doctrina Veritas*. sed utnam nos in mente, in corde & lingua potius, quam in auro & sapphoro insculptam geramus Veritatem, ut retineamus Sanctum Spiritum, in quo signati sumus. Monet proinde iterum Apostolus 1. Cor. 15. *sicut portauimus imaginem terræ Adami, portemus & imaginem caelestis, in qua verba a pessimè Doctor Angelicus: qui loquitur mendacium, diabolus opus. de figuram gerit & imaginem, hic enim mendax est ab initio: aliquando princip. eru- do audiatur est princeps mendax, qui denarius falsus est, verba illa: dit. cuius est imago hac & superscriptio? & cum responsu fuerit: dia- boli si dicetur statim: reddite ergo quae sunt diaboli diabolo: ima- ginem.*

imaginem proinde veritatis conservemus, ut veri Christiām & filii simus Excelsi; falsitas namque servorum non filiorum est: filii alieni mentiti sunt nōib[is] ps. 17. non filij, non nobiles. non Christiani sunt, sed alieni, sed servi, sed abortivi. non decet principem (dicam ego Christianum, omnis enim upctus in Regem est iuxta id: fecit nos regnum Apoc. 1. Iacobum mentiens ait Salomon Prov. 17. v. 7. quare Alphonsus Aragonum Rex agebat, simplex verbum principis tantum valere debet ad fidem, quantum privatorum jusjurandum. ante hunc verò Ptolomaeus Ægypti Rex interrogans uolum aliquem ex septuaginta Interpretibus, quos in Ægyptum e Judæa vocaverat, quā ratione quis Veritatem, colere inviolatam posset? hocce responsum tuit: si primū statueris magnum dedecus esse omnibus hominibus mentiri, multò magis Regibus, qui cùm habeant potestatem agendi, quz velint, cur mentiantur, non habent. Deinde si hoc etiam considerayeris, Dēum esse veritatis amatorem,

*s. f.
Mendacium
quāne exofia
Ishuicū.*

Certè vel ipsis gentilibus tam grave visum est mendacium, ut Persæ ac Indi deprehensum tertio in mendacio exau thorārint? Artaxerxes verò lingvam tribus affigi clavis jussit; Demosthenes non minori dignum suppicio judicavit, quānum nummos adulterantem; Claudius Imperator canibus & avibus insepultum obiici, aedes dirui, bona confisciari, uxorem & liberos in exilium deportari mandāvit eus iusdam Pamphili mendaci; Traianus similiter Regis Thraciæ filium regno paterno, prout decreverat, non restituerit propter mendacium commissum, dixerat namque se ex schola reverti, quem Trajanus viderat in horto fructus carpenterem, unde indignatus Imperator: non decet Romanum veritatem. Matrem habere filium mendacem. Ô quanto magis noni decet Ecclesiam Catholicam, non decet Christum Veritatis auctoritatem habere filium, discipulum, servulum mendacem.

Mc.

Mendacium perdidit primos parentes, perdidit Cainum, *s. f.
Mendacium
perdidit Ananiam, & Saphiram.* Tam grave mendacium *6.1.10. 12.22. 22.22.* est, ut dicat Psaltes ps. 5. v. 7. odisti omnes, qui operantur iniquas. *22.22.* latem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. reliqua peccata Deus odit, mendacium perdit.

Tam grave mendacium est, ut doceat Fornerus super illa psalmi 50. verba: Ecce enim veritatem dilexisti, à Christo esse ex quavis scelerotorum tribu quosdam electos ad vitam, solis mendacibus exceptis. ex publicanis & furibus legit Matthæum & Zachæum, ex meretricibus & adulteris Magdalena & Samaritanam, ex idololatriis Regulum. Centurionem & Chananaam, ex latronibus Dismam, ex mendacibus neminem.

Tam grave est mendacium, ut iuxta doctrinam Sancti Augustini l. 6. de mend. non licet mentiri pro ullius boni causa, nec pro ullius salute æterna, nec pro roto mundo.

Tam grave mendacium est, ut dicat S. Thomas lib. 2. q. 110. c. 4. ad s. docere quosdam, quod perfecta viru omni mendacium est peccatum mortale. certe si extra omnem est controversiam peccare mortaliter illum, qui de viro gravi & persona publica dicit esse mendacem, quanto grauius est severa mendacem esse.

Tam grave mendacium est, ut damnati de hoc maxime videantur Sap. 5. ergo erravimus à via veritatis.

Tam grave mendacium est, ut judex supremus propriètate peccatum præcipue apparere velit Oseæ 4. iudicium Domini cum habitatoribus terra: non est veritas: maledictum & mendacium inundaverunt (fluvius non dicitur inundare, cum intra ripas manet, sed cum eas egreditur, mendacium olim integrum servos, iam inter Reges & Principes) deficit veritas. Ecce causa iudicij, quam & Paulus attingit Rom. 1. revelatur de causa super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui ue-

vitatem Dei in iniustitia detinent. Omnis impietas eos inhabitat, qui facti sunt veritatis lictores & carnifices.

Nemo libenter mendax sed potius verax audit, eur ergo esse vult? studeamus proinde veritati, ut Epaminondas in die judicij nos non accuset, quod ipse Ethnicus nunquam haec mentitus, & nos Christiani studeamus veritati, ut in morte latari possimus cum Ferdinando Rege Lusit. cum Cardinali Bellarmino, cum Anachoreta Ruffino: ab hac die & hora nunquam mentitus, semper verax; utque illud Abbatis Beni detur nobis elogium: *nunquam iratus, nunquam mensius. Rogemus cum Salomone Prover. 30. duo regavi nē denges antequam moriar. vanitatem & verba mendacia longē fac à me.*

Sed iam quid dicam de perjurio, in quod facilissime devolvuntur mendaces juxta vetus illud: *qui mentiri solet pejare consuevit. sufficiat de nefando hoc scelerate dixisse cum Augustino ep. 1. pejare immane peccatum est, ceterissimis agravis reprobationis nota.* Quodsi poenam quoque temporalem spectemus, pleni sunt tragicarum historiarum libri contestantes nunquam omnino impunè juratum fuisse. Videtur Zacharias volumen volans, vicenos longum cubitos, decem latum, in quo consignata erant perjurorum supplicia: *hoc est maledictio que egreditur. (in praesenti etiamnum vita) super faciem universa terra ita ut unus ob noxam & perjurium regio integra, imò totus terrarum orbis plectatur) quia omnis fur sicut ibi scripsit est, indicabitur & omnis iurans ex hoc similitute indicabitur.* furi perjurus perjungitur, quia omnis perjurus fur, imò plusquam trifur est, qui Deo veritatem & justitiam & sanctitatem, proximo suo famam, Christiano nomini splendorem, sibi quoque vitam & salutem suffuratur. *ed eam illud quod in libro consignatum est, dieu Dominus exercutum. & veniet ad dominum furis, & ad dominum iurantis in nomine meo mendacem, & commorabitur in medio domus eius (transit alios divina vindicta, apud perjuros vero hospitatur) & consumet eam & lingua*

Zach. 5.
v. 3.

*Perjurium
characteris
proborum.*

ligna eius & lapides eius, non in perjurum duntaxat, sed in familiares quoque ejus, imò in ligna & lapides divina Nemesis deservit, nec defavire cessat, dum non supersit amplius, in quod animadvertis. unde perjurium apud Hebreos 6. ab Eli quod significat nihilum, vel talis quod ab ululatu deducitur, quia perjurium homines ad nihilum dedit, tristissimumque, qui ex annullatis corporis fortunæque bonis consequitur, ultulatum.

Expertæ est hunc ululatum universa Judæa, atque impensis domus Saulis de qua 1. Reg. 21. legere est: *facta est fabris in diebus David iugiter, & consuluit David oraculum Dñmni, dixique Dominus: proprius Sanl & domum eius sanguinum, quia punitur socii Gabaonitis, filii quippe Israël iuraverant eis, nē perimerent eos.*

Sciendum est, inquit Lyranus interpres loci huius, quod Iosue & principes Israël iuraverant Gabaonitis, quod non interficiantur. Saul autem cum regnaret, interfecit militares eorum contra præstitum iuramentum. quapropter tristitia Judæam famem invasit, nec depelli prius potuit, quam septem ex filiis Saul traderentur Gabaonitis crucifigendi. *Vir mul. Ecl. 22. v. 32.*

nimirum nunquam non verum est illud Siracidæ: Vir mul. ium iurans implebitur iniquitate & non discedet à domo esus plaga. Syrus habet: Vir iurator acquirit delicta, & non auferetur à domo eius colapitzatio, ut parato velut ære solvatur, luantque dentes posteriorum, quod linguis perjurorum parentum peccaverant, juxta illud Claudiani in Curtium:

In preles se dilatant perjuria parvis,

Et pœnam merito filius ore lauit.

Quid! quod elementa in perjuros graventur, & hanc humano generi maculam nē propagetur in plures, diluere satagunt. Est juxta Tyana (ita Philostratus lib. 1. c. 4. de Apollonio) aqua Iovi sacrata, quam indigenæ inextinguibili vocant. fons eius frigidus ebullit, non secus ac igne cælefactus lobes; hanc puris & jumenti fidem servantibus aspectu

s. 8.
Propter perjurium Saulis totum regnum panum.

Iosue 2.

alpestru placidam & gustu dulcem esse perhibent, perjuris
vero infidis palam adversatur, epota namque oculos pedes-
que ac manus pejerantis invadit pustulis ac vomicis totum
corpus inquinans. neque illinc discedenti facultas datur,
sed ibidem permanentes coram aqua ipsa suam deplorant
calamitatem palam, quod peierant profitentes. hæc ille-
longè acerbius in pejatos grassabitur ignis inextinguibilis,
& sulphureus ille lacus, in quem ligatis manibus pedibusq;
indubie proijcentur, qui projecta nunc conscientia & exer-
ta in Deum linguâ pejetare præsumunt.

*S. 9.
Periuri signifi-
cissimi.
Apoll. 67.*

O perjuri! cum Simocatta Oratorum græcorum disser-
tissimo vos alloquor: O perjuri omnium flagitiosissimi! nescitis
effeciatam lingvam vestram graviores delicti poenas dare?
qui verbis delinqutitis, rebus plectemini. levis res iurandum
esse videtur, cum omni onere sit gravior. hinc etiam
Tantalus pænis afficiebatur, nam in divinis rebus lingvam
habuerat immodestam. ita ad Ethnicos Ad Christianos
vero Ethnicis dereriores hæc sensatissime S. Salvianus &
de gubernat. mundi: si peieret Francus (si peieret barbarus,
Ethnieus, Atheus,) quid novi faceret? at pejare Christi-
anum, hoc enim vero quovis scelere immanius est. nos &
ergo hic peculiariter reatus est, qui legem divinam legimus,
& legalia semper scripta violamus, qui Deum nosse nos di-
cimus, & iussa eius ac præcepta calcamus, ac per hoc cum
cum spernamus, quem coli à nobis credimus, arque jacta-
mus, idipsum quod cultus Dei videatur, injuria est. Tant
apud nos Dei honor est prolibentis etiam iurandum.
hæc salsè Salvianus. Si iurandum Deus prohibet, quan-
to magis perjurium vetat & vendicat. O quo! catholicos in
die iudicij confundet Clinas Pythagoræ intimus, qui ma-
luit tria talenta solvere, quæm etiam ex vero jurare, uti re-
fert S. Basilius serm. de utilitat. ex lib. gentil. capenda.
quo! coram iusto judice condemnabit Alexander Macedo,
qui

qui cùm Lamplacum urbem diruere decrevisset, iamque
exercitum eodem ducaret, ebiū habuit Anaximenes
philosophum suum, suspicatus id quod erat Alexander,
prævenit oratorem, exclamavitque *in me non fallarum quid*
Anaximenes; quo auditio Philosophus: peto, irquit, ut Lam-
placum diruas, captum hic te sentiens Alexander, nè perju-
rij reus fore, exercitum removit, emere que Lamplaco
permisit indemnitatem. quæm paci Nazareni, qui in
mortu gloriari possint: *proprii nunguem iurare & invariun-*
quam, quod ipse de te testatur in carmine de vita sua. O quod
prostituet in illa die Pericles gentilis, qui ab amicorum in-
timi rogatus, ut pro eo fortunatum capitisque periclitante
perjurium diceret, sapiens simile respondit: *an ieu usq; ad*
ad aram, ad jurandum uidel et dicendum, quod in posta
super aram manu fieri solebat.

*S. 10.
Chrysostomus:
ratio in per-
jurium.
S. Chrysost.
hom. 14. ad
pop.*

Contra perjuros declamans Chrysostomus, increpat, ob-
secrat, voce & lachrymis instat & ab exitiali hac consuetu-
dine Antiochenos suis dehortatur: rogo vos (Chrysosto-
mum recito) ut Sancti Joannis caput abiecissum adhuc calido
cuore distillans sumatis & existimetis ante oculos habere
ipsum vocem emittem & dicentem: habe odio jugula-
torum meum iuramentum, quod enim ira non potuit tyran-
nia, hoc iuramentum effecit. licet enim valde simus igna-
vi, capitis illius oculos intuiti terribiliter nos recipientis &
minantis iurantibus, fræno omni vehementi us per timorem
huiusmodi repressi, cohibere linguam facile poterimus à ju-
randi præcipitio. utinam mihi literet si quenter animas
iurantium ipsorum oculis tubercere, & vulnera & cicatrices,
quæ quotidie rapiunt à iuramentis ostendere, non enim sic
admonitionis aut consilij indigeremus, quoniam vulnera
omni termone potentius huic improba consuetudini cuiam
plurimum adhaerentes à malitia abducere possent.

Rausus idem homil. 26. ad pop. visionem Zacharie in-
terpre-

interpretatus non volumen volans, sed falcem volantem cum septuaginta legit & sic explicat: volans velocissimum uitio-
nis cursum significat perjaria sequentem; multorum vero
cubitorum latitudo & longitudo vehementiam indicat, &
magnitudinem malorum. at ex caelo volare, ex superno iuri-
bunali sententiam ferri faleata nō verò forum ineyitabilem
supplicij sortem; quod si peritius evadet, nō confidat, nō
glorietur, ad suum enim malum hoc sit. nam quid censetis
post Araniam & Saphiram, eadem quae illi sunt aust., quo-
modo ergo eadem non sunt passi; non quia illis remissum
sit, sed quoniam maiori differuntur mali. multa namque
perpetrantes, nec dantes poenam, magis timere debent, ap-
pegebunt enim eis supplicia propter impunitatem, & Dei lon-
ganimitatem. itaque nō attendas, quod non puniris, sed nō
pecces. Multi Pharaonis sceleris commiserunt, sed Phara-
onis poenas non dederunt, nec in mari rubro submersi sunt.
quoniam pelagus eos expectat abyssi, ubi non suffocatio, nō
finiatur supplicium, sed in eternum necesse est astari, sed
queri, consumi. Multi Istaélitica delicta sunt aggredi, sed
eos serpentes nisi momorderunt, manet autem eos vermis,
qui non morieruntur. Multi Giezi peccata perpetravunt, nec
tamen lepra respersi sunt, eostamen manet pro lepra in duas
partes secari, & cum hypocritis ponit. Multi quoque jurâ-
runt & peierârunt, si verò fugerunt quoque nō confidamus,
imminet enim dentium stridor non statim, sed post alia pae-
cata, quò gravior sit ultio. quod in fratribus Joseph & Achab
ostendit & concludit: dat tibi Deus temporis præfusione, ut
ab aliis possis, cu[m] verò perseveraveris, tu[n]c demum infliget panam.

Denique ut omne crinum perfectum sit, eundem Chry-
sostomum tertio in peritrium detonantem accipite: ego au-
tem demonstrabo non unam, aut alteram domum propter
peritrium destruam, sed civitatem totam. etenim Jeruzal-
em civitas Dei sanctam aream habens; & magni Dei cultum,

hom. 19. ad
pop.

ubi prophetæ fuerunt, & Spiritus gratia, & tabula testamen-
ti, ubi Angeli incedebant, hæc civitas innumeris nascentibus
bellis, & multis barbaris incurvantibus, tanquam muro ex
adamante circumdata, sic omnes illos semper derisit, imò
semper plagam gravem hostibus inferens, sic eos emittebat,
tanquam à Deo nata erat providentiam. Verumtamen
Dei civitas chara tot elapsa periculis, & in multis peccatis
veniam assecuta solo iuramento prostrata est. Sedecias enim
Rex iuramentum dedit Nabuchodonosori Regi barbarorum,
quod in ipsis auxilio permaneret, postea defecit, & ad Æ-
gypti Regem transfugit iuramenta parvi pendens, quid inde?
factum est, inquit Scriptura 4. Reg. 25. in anno nono re-
gni eius, in mense decimo, in decima die mensis venit Na-
buchodonosor Rex Babylonis ipse, & omnes exercitus eius
in Jerusalem, & circumdederunt eam, & extruxerunt in circui-
to eius munitiones. Poterat Deus statim à die primo ipsis
tradere, sed propterea intra annorum tempus conteri per-
misit, & ipsis obsidione premi gravissimam, ut & militum ex-
tinsecus timore, & famæ civitatem intrinsecus premente ca-
gitati, vel invitum Regem barbaris subdi cogerent, & ali-
quid præterea remedij fieri. implacabilis est enim Deus con-
temptis juramentis. Hæc Chrysostomus, qui cùm fusè cla-
dem urbis & excæcationem Regis descripsisset, sic concludit:
fratres igitur hoc scientes ab hac stulta consuetudine invandi esse musta,
sive supplico & ore omnes.

Deficiunt hic me verba & vox & latera quibus in inve-
tigatum peierandi consuetudinem invehar, & in mania perju-
ris parata supplicia ob oculos ponam. Increpare ergo cùm
pro rei dignitate, imò indignitate, huiusc secleris non pos-
sunt, obsecro & cum Augustino ac Chrysostomo singulos ob-
testor: laborare debitis & configere adversus consuetudinem vestram
malam, malam inquam & valde malam, & tollere surationem, inò per-
turia ac omibus vestris peierare enim inmanso peccatum, & totius

g. 22.
Perjurium est
sotus ex iij
principium.

S Aug. serm.
II. de decol-
lo. Ioan. Bap.

eccl. iij. p. 15. v. 12. Adjuto proinde ego vos per Deum vobis ac verum, quies testis fidelis de veteris & per diem ad ventus eius, in quo stultus ad reddendam eunuslibet verbis orationis, quanto magis perire rationem, ex hac die, hora momento ab omni periret specie evanescere, veritatem simplicem diligite, morti quam jurate eligite, recte loquar dñe, ite.

PHILIPPICA XLVII.

In Inconstantes.

DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN.

Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho.

Luc. 10. v. 30.

*s. r.
Homo defens
dens in Iericho
egregie inconst
antem.*

*Iob. 14. v. 2.
Ecccl. 27. v. 12.*

Per hominem Hierosolymam in Iericho peregrine abeunt qui ex urbe Solis in dominum luna (hoc enim nomen Iericho interpretante Hieronymo sonat) ex visione pacis in Martium discordia campum, ex virtute in vitium, ex via salutis regia in damnationis Labyrinthum, ex caelo in coenum, ex semita divinorum mandatorum, in devium nox & libertatis, ex paradi in abyssum, ex loco sincerae voluptatis in lacum obscenitatis declinat. dignus proinde vocari homo ille, de quo Job. nunquam in eodem patre pertinet, semper alius, nunquam idem. Hominem hunc depingens Siracides, cornua eidem stultitiae apponit, & Line comparat: *stultus si Luna mutatur, plenam si hodie spectat lunam, ne talem post dies octo expecta, corniculatam enim habebis, aliamque semper, pallidam modo in securae pluviae indicum, modo rubicundam*

Dominica XII. post Pentecosten.

dam in ventorum imminentium prognosticon, aliquando candam, in tesseram serenitatis videbis. *stultus sicut luna, nunc palle & plorat, mox rubet & surit, momento citius albescat & blanditur, nunquam autem non mentitur.* Notis est Cleobuli apoloicus apud Plutarchum in convivio sapientum de luna postulante congruentem a matre tunicam, cui mater: quomodo convenientem tibi texam tunicam quae modo plena mox corniculata pauleoque post semiplena compares? tu tibi constes velim, & habebis quod desideras. *stultus sicut luna mutatur.* unde quisquis in Iericho in domum lunae pergit, stultus est, lunaticus est. Contra eiusmodi lunaticos hodierno sole acturus opto, ut omnes sint hodierni, nemo crassinus, repeatat de singulis auditoribus meis ex vero Ecclesiasticus: *homo sensatus in sapientia manet sicut sol, nam stultus ut luna.*

*f. r.
Inconstantes
comparantur
a Paulo para
bulis.*

Qui fratrem suum contumeliosè inconstarem vocat, reum summi iudicij, quod Synedrion appellatur, reum inquam sese facit juxta effatum æternæ Veritatis: qui autem dixerit fratri suo Rata, reus concilio. Rata idem est Divo Hieronymo, quod homo leui, si ergo reus est concilio, qui levem vocat, quo putas dignus iudicio & supplicio, qui revera levis est, & nisi scapham non scapham vocare velimus, inconstans omnino debet appellari. *o leviculi!* & Ierichontini ambulones! o varij semperque mutabiles hominum concilio! quo ego vos nomine compellabo, ut vestram vivaciter exprimam ignorantiam. nimis parum dixero, si cum Paulo parvulos fluctuantes & circumferibiles omni vento appellitem. *Iam Eph. 4. v. 14,* non simus parvuli fluctuantes & circumferimur omni vento doctrina videamus parvulos nunc concupiscere, quod paulo anteaversati fuerant, modò aversari quod nuper cum lachrymis concupierant. Videntur risum dicti citius mutari in fletum, lachrymas quandoque vel pomuli aspectu exsiccari. videntur nunc hunc, nunc illuc gestire vel gestare velle, constanterque in eorum animis fluctuare inconstantiam & parvuli fluctuantes. usquequo leui corde diligere vanitatem & garritu mendacium? quamdiu crepundia & bullas & pretexatas concupiscentias neque pudet centenarios pueros vocari? constantia viros inconstantia pueros facit.

S. 3.
Comparantur
¶dem à Thad-
deo nubibus,
arboribus.

Severius Paulo Iudas Thaddæus in inconstantes invehitur, comparatque nubibus aquâ destitutis, quæ ventorum sunt luctu-
brium; arboribus itidem autumnalibus, quos venti folijs & refi-
duis fortè fructibus spoliant, fluctibus præterea marinis nunquâ
quietis, sed iactari continuò solitis, stellis denique erraticis, quæ
tramitem semper mutant, ita ut nunquam eodem loco orientur
& occidunt. nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arboreis autu-
mnales, fluctus feri marū, sidera errantia. inscribamus hiscè fidetibus:
errando occidimus. istis fluctibus: sumus ubi non sumus. illis arbori-
bus: instat hyems. ipsis nubibus: quo nos fert impetus, imo: sive evan-
scimus. hæc nostra ruina est. vèstra, vèstra hæc est ò inconstantes cer-
tissima, constantissimaque ruina! inter erratica sidera cogita Lu-
ciferum, inter nubes steriles Saulem semper mobilem & variatū,
inter arboreas autumnales, & bis mortuas Iudam proditorem, in-
ter fluctus feri maris Pharaonem toties foedifragum, ideoque in-
fisco profundissimi maris naufragum. exclamabo nunc Evange-
lico ex oraculo: omnes similes peribit, nisi penitentiam egerit.

Lue. 13. v. 8.
& 5.

S. 4.
Ab ipsomet
Christo arun-
dinibus.

Habemus Pauli & Thaddæi de inconstantiis sensu, quodis
ipiusmet incarnatæ sapientiæ scrutemur suffragium, audiemus
eosdem dici arundinem vento agitatam Matthæi 11. quia per arundinem
nisi carnalis animus designatur, Gregorium Magnum recito homil. 6.
in Evang. qui mox ut favore & detractione tangitur, statim in partem
quamlibet inclinatur. Similiter ex Græcis Divus Chrysostomus
homil. 27. in Matth. sicut calamus vacuus est, & nullam habet virtutem &
ideo qualis ventus flaverit super eum, huc & illic flectitur, sic & homo carnalis
& secularis, in quo nulla est medulla fides, & virtus veritatis non inventa,
qualiusq; tentatio venerit super eum, curvat eum. abundat vero simili-
bus arundinibus adeò mundus, ut quantus, quantus est, merum
dici possit arundinetum. in Angliam solummodo digitum licet
intendere & arundines mirari. Henricum VIII. nescio quis le-
vitatis Spiritus agitavit, nescio quæ vanitatis aura afflavit, nescio
quæ Megæra vel Medæa ex cedro in arundinem transformavit, eiudæ
ut qui antea Romanæ fidei defensor singulari titulo audiebat, eiudæ
mox proditor fieret & persecutor, similis illi arundini, quæ ca-
put Salvatoris in passione fuerat percussum. certè certè quam
ex co-

Ex eo patet, quod trecenta septuaginta sex cœnobia destructa sint,
& intra anni unius circulum decem millia templorum expilata,
profanata, diruta, unde Poëta celebris.

Millia dena unus templorum fatus annus.

Quam timeo! in peccatis vix sati annus erit.

quæ tempestate plusquam decem millia utriusque sexus cœnobiorum in cœnum facili, vere de Ierusalem in Iericho abierunt,
& moniales vela sua Notis imo & Nothis dedere, de quibus omnibus illud In perfecti repeti poterat: homo carnalis fatus in fide,
vnu in sensu arundo est. Scandalizavit, si fas est dicere, Angliam
Germaniam, quæ priscâ fide & pietate relictâ, gemitis qui bus in-
itatebatur columnis, veritate & concordia prostratis cœpit arun-
dini inniti, imo in arundinem mutari, suoque vicinas regiones
Scandalio in parem detrahere levitatem.

O quot hodieque in Germania arundines, sive religionem,
sive mores quoque ac mores spectemus, ad omnem flexibilem au-
tem, ad omnem mobilem fortunæ varietatem. Ingeniosa Poëtarū
refert fabula, quam Metamorph. 1. Naso fecit, magno Fau-
norum Deo Pani in desiderijs & delicijs fuisse Naiadum pul-
cherrimam Syringem, quam dum ille insequitur, iam iamque ap-
prehendere se credit, pro Virgine se tenet arundinem; in quam
videlicet momento Syrinæ fuerat transformata. Extra fabulam
est Sponsum animarum nostratum Iesum amore infinito nos pro-
sequi. & fugientes insequi, querere & salvos facere errantes
nymphas suas, animas nostras, verum cum eas assequitur, strin-
git, amplexatur, ecce in vanissimas arundines propter ingenitam
inconstitiam transformamur. vix enim commissa deflevimus,
defenda rursus committimus; vix templo pedem extulimus, ex
templo in pristinum volutabrum revertimur; vix Sacramentum
Deo diximus, & datam mox fidem ciuramus; vix Ierosolynæ
pedem intulimus, & iam de reditu in Iericho cogitamus, &
pristina animæ corporisque pericula molimur. o arundinibus
omnibus leviores animas! o vento mutabiliores mentes! o in-
medio arundinum illusor diabolus, & fistulas, ut proverbio di-
scindit, efformaque, quibus nostram explodat &

S. 5.
Enormis est ne-
bra inconstan-
tia cui diabolus
plurimum con-
fudit.

PHILIPPICA XLVII.

existulet levitatem. Parum illum angit pœnitudo nostra & iterata Synaxis & suscepta jejunia, & exceptum auribus Verbum Dei & mille alia pietatis opera exercita, si de constantia nostra subdubitare, & secuturæ mutabilitatis spem aliquam possit concipere. Concipit vero de quocunque etiam sanctissimo homine quædiu viator est tam securè, ut ipsummet Dei Filium post quadraginta dierum noctiumq; ieiunium accedere tentandi crufa prælumperit, ut si immutabilem deprehendisset, ex hoc ipso sanguino plus quam hominem & Angelum esse certò rescribet, si vero labefactare constantiam eius valueret, de cetero ab eodem libi haudquam timeret. sensus iste D. Leonis est serm. 3. in quadrage. de adversario nostro sic loquentis; viderat (diabolus) superbiam suam baptizati Domini Iesu humilitatem calcatam. insellexerat quod draginta dierum ieiunio omnem cupiditatem carnis exclusam, & tamen non desperavit de artibus sue malitia spiritualis improbitas. tantumque sibi de naturæ nostræ mutabilitate promisit, ut quem verum experientur hominem, præsumere posse fieri peccatorem. Tanta nimis nostra est inconstantia, tanta de hac inconstantia nostri præsidentia inimici.

Arundines, ait S. Ambrosius in c. 7. Luc. fluvios amant & nubes labentia mundi caducaque delestant. habet arundo radicem in limo, quid mirum, si non subsistat. infixus sum in limo profundi ps. 62. & non est substantia, nulla fortitudo & virtus. moveri solet arundo in aqua, & sœculares in voluptatibus suis ad omnem ventorum motum, id est, immundorum spirituum flatum vagantes, ut habet S. Hilarius ac. Plinius lib. 16. c. 36. testis est, quod arundo Indica bisariæ secta navis vicem subeat, fluitare pergit, & instabilitatem in aquis non desperat. Elegans belum Inconstan-
tiae. Hieronymus Lanuza homil. 37. n. 7. querit, cur vir consiliij Simon i. Machab. c. 13; in mausoleo patris & fratrum, naves supra columnas collocari? ut ostenderet fratres suos naves in morem varijs adversitatum turbinibus iactatos instar ta-
men columnarum constitisse, ut ergo homo, qui est fragilior o-
mni columnæ, solidior scipione, robustior clavo, accipiat in
manum arundinem Christi, quæ confirmat mobilia, consolidat
infirma, corroborat fragilia. homo nixus mundi inconstantiæ,

Dominica XII. post Pentecosten.

retus opum copiâ, fultus honoris aurâ fluctuat, & nihil habet stabile præter solam instabilitatem, ideoq; vel odio dirigitur, vel gratia inflebitur, vel aliorum mendacio depravatur S. Ambrosius ser. 2. at si dextera Dei nos teneat, si manus Christi apprehendat, firmamur teste Ludolpho & Hilario in c. 27. Matth: idcirco Dominus noster arundinem in dextera tenere voluit, ut per hoc ostenderet, se nos fragiles, va-
tuos, & infirmos manu tenere, & omnibus bonis implere. Plus hæc a-
rundo valebit quam baculus Eliz, Virga Moysis, clava seu man-
dibula Samsonis, gladius Gedeonis. in manu tua virtus & potentia

Paral. 29. & non est qui de manu tua possit eruere. Deuteron. 32-

Ingeniosum Abstemij (tabula 155.) est commentum de arun-
dine, quæ singit ægræ tulisse, quod ceteræ, non tantum arbores,
sed & herbz quandoque nidos avium sustineant, ipsa vero
ab omni prostris pennigero grege honore isto privetur. Ro-
gavit proinde avicularum nescio quam, honorem hunc sibi de-
dere, nidulumque construere non dedignet, cui illa: si stabi-
lem te fore promittis, nec cuilibet cesturam auræ, faxo libens
quod precaris; sin minus, nolo domum filiorum meorum in fun-
damento tam instabili collocare. o dictum bene! non sperent
instabiles dulcem Angelorum quasi volucrum cœlestium præsen-
tiam & commorationem, inter arundines enim diabolica agmina
vagantur, unde sacer exorcista canit: increpa feras arundinum ps.
67. v. 31. neque dulces virtutum fructus expectent, solida e-
nim amantur ædificia, diurna non fluida & diurna, quale tuit
illud Ionæ sub hedera, aut foret aviculæ nidus in arundine; un-
de si sapientia incarnata stultum appellavit hominem, qui do-
num suum ædificavit super arenam, quanto magis stultissimum
censebit illum, qui perfectionis & felicitatis suæ ædificium su-
per arundinem fundabit.

Inter passionis Dominicæ instrumenta arundinem cernimus,
quæ caput Salvatoris verberatum, & manus de honestatæ, forte
& spongia aceto plena, eidem imposita, orique sitientis Iesu fuit
propinata teste Evangelista: accepérunt arundinem, & percutiebant
caput eius, iterumque: & continuo currens uirus ex eis, accipitam spon-
giam implexit aceto, & impoñit arundini, & dabat ei bibere heu! quot
libus inservit arundo vexando! excarnificandoque Redem-
ptori!

s. 7.
Cur apes in a-
rundine non
nidificant.

s. 8.
Ab arundine
passus multum
est Iesus.

Math. 27.
v. 30. 8. 48.

demptori! nimis ad omne flagitium factus & iactus est, qui arundinis instar inconstans est. Verum utetur hac Iesus arundine in calatum inque Sagittam ad scribendam damnationis sententiam, & configendas inconstantium hominum linguis, & corda lethali vulnere saucianda aptissime. Ludolphus Saxon. p. 2. c. 6. de vita Christi scripsit: arundo sive calamus est instrumentum scribendi, & idcirco secundum Hieronymum Christus calatum in manu tenere voluit, ut sacrilegium iudiciorum scriberet, & ostenderet se illum esse, qui electos suos scriberet in libro vita, reprobos contra in atro registro prescitorum. Nec scribendi tantum instrumentum est, sed etiam sagittandi iuxta illud Aen. 4. beret lateri lethali arundo. in lateribus aquilonis, imo in centro terrae habebitis & inconstantes, tanquam lethales arundines, quia & vobis & aliis lethum constanti noxa, noxiā inconstantia intulisti.

S. Hieronymus in c. 27.
Matth.

s. 9.
*Inconstantes
fimiles cancri
Lach. Troglod.
ditio, Euripo.*

Sed quid ego inter arundines, tam diu immoror? plures supersunt similitudines, quibus inconstantium genius ad vivum expingatur. Invenio illas apud Pierium Valer lib. 32. ubi cancris equiparantur, quia sicut hi nunc ante nunc retro, nunc in transversum gradiuntur, miraque viam suam traducunt inconstantia, ita & illi nunc risui indulgent, nunc luctui, modo austeraati, atque temperantie se reddunt, modo deliciis afflunt & voluptatibus implicantur. Plinius lib. 3. c. 2. & Herodotus lib. 4. inconstantes lacui Trogloditarum confidunt, qui ter de die amarus & salsus, ter iterum dulcis efficitur, totiesque etiam nocte, unde & insanus appellatur, sic quidam inæquales, nunc blandi mox asperi, aliquando profusi mox sordidi, iam vehementer amosi iam supra modum oderunt. Inconstanti apud grecos nomen Euripitis datum est, sicutque ab Echene subinde objectum Demostheni, quod Euripum ipsum inconstans suâ vicisset. Euripus autem in Eubœa septies de die defluit, totiesque celeritate mira refluit. Marcus Cicero ex Homero Chimæras nuncupat Aristophanes trochos, Diogenes campos ventorum, Seieca pilas fortunæ, Zonaras tessera mutabiliores, cothurno aut pileo Mimo for-

Senee. I. 5.
c. 8.

rensis versatores, vertumno leviores. verissimum est illud Seneca in proverbij: maximum signum male mentis est fluctuatio:

Profanis addamus facros Ecclesiaz Doctores Nazianzenum, Greg. Nazianzenus Theologus in primis anz. orat. in Chamæleonti illos comparat: quemadmodum enim Chamæleontem saepe ferunt variari, omnesq; assumere colores, prater candidum, ut interim fabulosum illum Proteum Ægyptium Sobistarum omittam, ita & illi omnia præterquam constantes sunt, Basilius Magnus inconstantes polypis confert: non filebo, inquit ille, polypilos & surcitatem. ù cuicunque saepe adhaeserit, illius colorem subit, atque adeò ut piscium complures ad ipsum de improviso nantes tanquam ad Saxum appellant, paratamq; se illi prædam offerant. tales sunt (omnes de tribu Levi seu inconstantium) qui sobrietatem cum sobris laudent, intemperantes sunt cum intemperantibus, atq; ad id, quod cuiq; placet suam omnino sententiam vertunt. non dubitemus ejusmodi polypos adhædere lapidi offensionis & petræ scandali, imo totos mutari & obdurari in petram, ut sint constantes in inconstancia, obduri in malitia, à sua immobiles levitate. Denique Tertullianus de pall. sic Luna mutationibus menstruis variat: sic & mari fides infamè, sic & terram recensas temporis vestiri, viridem conspicu & flavam mox rursum & canam, an non terræ filij, maris alumni, toti lunatici, qui ipsam lunam, terram, aquam mutabilitate superant?

s. 10.
*Evangelij ho-
dierni para-
bola incon-
stantibus ap-
plicatur.*

Finio à qua cæperam parabola, iterumque digitos, oculos, linguam in hominem illum intendo, qui ex Ierusalem in Iericho descendebat, descendebat inquam, omnis enim inconstans de vitio in vitium descendit, quia de virtute in virtutem ascenditur, donec videatur Deus Deorum in Sion, de vitio autem in vitium descenditur, donec in suæ centrum infelicitatis & æternæ punctum damnationis devolvatur. Descendentibus mox suis è latibulis latrones innumeri, qui sicut in celo Deum gloriâ suâ spoliare connisi sunt, ita imaginem Dei, hominem inquam in suas delapsum manus denudare præstiosis animæ vestimentis, stolâ videlicet justitiæ, cingulo castimonie, interula charitatis, calceamentis fidei, & cæteris virtutum ornamenti connotuntur. Despoliatum vero virtutum habitu varijs ijsque gravissimis vulneribus afficiunt, neq; enim

276 PHILIPPICA XLVII.

enim facile est illis, ait Titus Bostrensis lethalia vulnera prius alicui inferte, quam virtutum praesidijs & monumentis ipsius despoliarint. at ubi primum virtutum arma absteruerunt, statim citra intermissionem cedunt & seviunt, sauciatis enim vero a planta pedis ad verticem capitis, pigritia in pedibus, corpore in genibus, gula in ventre, incontinentia in lumbis, tristitia in pectori, avaritia in manibus, tenacitate in digitis, maledictio in ore, invidentia in oculis, impudentia in fronte, superbia in capite, donec unum sit omnia vulnus. Nec contenti semel sauciatis, ingeminant ipsis, renovantque continuo vulnera, cum ad nova die in diem stimulant sceleris, dum semivium, libero videlicet arbitrio adhuc præditum, sed consuetudine delinquendi nimiam quantum debilitatum deserant, deque præda securi recedant. Quodsi Sacerdotes & Levitas, confessarios & Prædicatores in eiusmodi Ierichontinum viatorum, inconstantem homuncionem incidere contingat, nihil morantur, sed oxydis prætereunt; quia oleum & operam sele perditurosominantur, illoque Pauli semet tueruntur: *imp. Phil. 3. 1. eos, qui prolapsi sunt, revocari ad penitentiam. nimirum tam difficile est hominem inconstantem ad semitam virtutis, ad latitudinem mentis, ad terminum salutis adducere, ut ordinarijs cum auxilijs id ipsum impossibile censeatur. ostendite o inconstantes, & Ierichontini ambulones me hallucinatum fuisse, ostendite inquam ex inconstantibus vos constantes rediisse, revocabo & ego verbum, percutiam os meum, & canam galinodiam.*



Dominica XIII. post Pentecosten.

277 PHILIPPICA XLVIII.

In Ingratos.

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

Non est inuentus, qui rediret. Luc. 17. v. 18.

Rara autem in terra abo que simillima cornu gratus homo est, immo mille citatis coruos albos, quam unicum solidam gratitudinis hominem reperias. non est inuentus qui rediret ad dandam Deo proceptis beneficijs gloriam, ad referendam Deo homini pro immissum obsequijs gratiam, ad exercendam virtutum omnium sanctissimam non est inuentus discipulus, cliens, patiens, qui rediret ad Magistrum, Patronum, Medicum, Patrem Spiritus debitam gratiarum actione denegendum. Coruinx indolis sumus, coruus illis persimiles, qui ex Arca a Noe dimissus egrediebatur, & non reuertebatur Gen. 8. v. 7. reuerti videlicet ad liberatorem nostrum cum oluisse ramusculo nolumus, quasi libertati decedat, si verbo facte gratia mentis memoriam concelestemur. Et quamvis coruus subinde ad arcem rectum quietis gratiam redierit, iuxta versionem hebraicam: egrediebatur cornu exundo, & redendo; ad Nodum tam in ipsam arcam, (sicut Cornelius,) non reuertebatur. Praesertim illos, qui domum frequentant alicuius, inquit Oleaster in Genes: quandiu opus habent; nam verò quæ sibi sunt necessaria acquirunt, neminem nouerunt. Proverbium olim iactum, hodieque verum manet: *Nemo bens merito bonum immolans præteribimus*, hie enim cum fortè fortunata littus perambulans piraticam, in eaque seniculum captiuum aspexit, precibus captiuui, huic hortacione motus, redemit mancipium, & huic hortacione commiseratione motus, redemit mancipium, & huic hortacione ollas insuper aliquot pice plenas, quibuscum senex captus erat, exsolvit. Erat autem magna auti argenteaque vis pici permixta, quæ

Plat. 40.
moral. p. 4.
Herm. 34.

PHILIPPICA XLVIII.

s. quam cùm senex Pyrrhiz liberatori suo detexisset, atque is subito ditatus in amplas euafisset fortunas, captiuum suum, non ut mancipium, sed vt Patrem, in deastrum habuit, eiusdemque honori bouem immolauit, vnde tantum adagium: nemo prater Pyrrhiam bene merito bouem immolauit. Ex milibus vnum Pyrrhias immortale nomen ob exercitam gratitudinem promeruit, inaumeri alij ab ipsis bobus gratitudinem ediscere digni sunt, iuxta illam **Iacob 1. v. 3.** vatis Euangelici querimoniam: cognouit vos possessorum suum & animus presepe Domini sui, populus autem meus me non cognouit. Ingratos hunc ergo mortales qui inueniri nolunt, vt redeant & dent gloriam Deo, mea persequetur Oratio, quæ si misericordia acciderit, nihil mirum; quia nemo contra ingratos dixit cum gratijs, nec ingratus mihi accidet, si ab in gratis persecutionem perpulit dicere habuero: persecuti sunt me gr. tu.

fr. 118. v.
161.
5. 2.

Ingratus Gratirosus est apodus fusè à Bidermanno descriptus de agri-
do est mer-
ces mundi, ut patet in
Apologo &
Historijs. **Tola**, qui in filiam signatum ablerat, audieratque è spelunca dra-
conem captiuum, amplissimam mundi mercedem pollicitum, frusti-
ci opera inde educetur: educitur, & pro beneficio interitu liberatori molitur, hanc enim esse promissam mundi mercedem, iu-
nus felix rusticus ignorantiam pretendens suam, quod nesciatur quid
mundi merces sit, appellat ad obuium iudicem incidentique incanem
senio & macie confectum, fune alligatum arbori, & canicidem
manum ultimam praestolantem, vt ex ipsis corio chirothecæ in-
grato, cui per omnem vitam noctes diesque seruerat, hero con-
sicerentur. **Hec est merces mundi.** Appellat rusticus ab hoc ad
alium iudicem & ecce strigosum equum, stabulo heri post mille
prætita obsequia exclusum, huc eadem ingeminantem: ita mun-
di merces est. Appellat tertio supplex rusticus, & bona fortuna
offendit vulpem, cui cùm omnes Gallinas & liberam semper mer-
sam promisisset, dolosissima vulpes ferre sententias se posse nega-
nisi prius cavernam videat, in quam cum denuo draconem indu-
xisset, & à rustico saxum oxyfime aduolui suahisset; huc etiam
bat iustissima mercedis mundana merces; sed & vulpes suam re-
cepit mercedem, cùm pactas ablatura gallinas aduentasset, à hi-
lio enim familias, ita iubente matre, præstata sude excipitur, &
mirum

Dominica XIII. post Pentecosten

mirum mundi genius est, mala pro bonis reddere, præque col-
lata salutem necem benefactori machinari. Hanc mercedem à Ro-
manis Scipio Africanus tulit, & moriens exclamauit: *ingratus pa-
cata ne offa quidem mea habes.* hanc mercedem Aristides à Gracis,
Dion & Syracusanis, Demosthenes ab Atheniensibus recipit, cùm
que in exilium ejiceretur ad templum Palladis conuersus, altèm
ingemuit: *o Pallas Athenarum Domina cur tribus infastissimis
bestijs electaris, noctua, Dracone, & populo?*

Ingratus certe homo, non homo sed bestia est. Homo cùm in
honore esset non intellexit, comparatus est iumentu insipientibus, & simili sa-
mua est illa psal. 47. v. 21. homo ille fuit primus homo, qui post
parratum crimen è facie Domini Dei se abscondit Gen. 3. v. 8. in Gen. quia
tercunda ingratis, vt loquitur Iostatus q. 14. in Gen. quia
contra Deum beneficentem peccauerat, & quia peccarat vt bestia, tuni-
ca quoque pellicea velut bestia indui meruit. Comparatus est iumentu
insipientibus, quibus quælo iumentis? explicat scipsum Psaltes
Mal. 31. v. 9. cùm nionet: *nolite fieri sicut equi, & muli, quibus non
intellechis.* Per multum, qui generatur & non generat, designa-
tur ingratus, qui accipit gratiam & non reddit, inquit Innocen-
tius 3. in psal. 2. Muli titulo (teste Eliano) Plato Aristotelem
compellare solebat, eò quod lacte sapientie usque ad satietatem
complitus gratiarum loco calcem excusserit, Magistrum verbera-
rit. & Platonica doctrinam euertere non dubitabit.

**Homo in-
gratus non
homo, sed
bestia de-
cutor.**

Seneca de bestijs.

Quanquam vix bestia esse possit, cui ingratus homo compo-
ni valeat. beneficia & sera sentiunt, nec ullam tam immansuetum est ani-
mal, quod non cura mitget, & in amorem sui vertat. O ingrati! Leo-
nes & Elephantes imitemini: Leonum ora à Magistris impune
tractantur, vestra autem ora à Magistris & Magistratibus palpari
se nequaquam patiuntur. Elephantum feritatem usque in servile offi-
cium demeretur cibus, at vero cibus in heriles manus & caput vos
offerat. Si elephantes & leones imitari dedignamini, ecce ou-
cidas, ecce catulos, ecce auiculas: ratione beneficij impensi, verba
tum Angelici Doctoris opusc. 61. onulupum fugieus sequitur pallorem
in extraneos latrans Domino suo caudâ blanditur. respice volati-
lia monet S. Ambrosius in c. 1. Malach. aues propter viles eas gra-
magent, tu pretiosissimis epulis pasceris, & ingratus es? quis tam gra-

PHILIPPICA XLVIII.

¶ vi Léo Androdi, vel Hieronymi, vt aquila Sestane Virginis aut Medardi, vt canis Andronici, vel Tudescus ille artocreasij Vlyssiponensis, qui Eucharistiam solitus accedere, & irreuerentes inuadere cogerèque ad exhibendam reverentiam, vt fusè Nizimbergius lib. 9. c 94. hist. nat. quis inquam tam gratus, vt muraena Hortensi, lupus S. Norberti, draco Tiberij, Coruus Valeij Coruini, vel Eliz, & Pauli eremiti, usque adeò deteriores bestijs vos facit ingratitudo. O homines! non homines! o cuius inuidiores! o cuculis ingratiore! o viperis, & serpentibus diriores! o lupis immaniores ite omnino exis tales, imo deteriores hiscè omnibus vestra vos reddit ingratitudo. Lupus aetate lactatus, posteaquam adoleuisset, nutricem suam deuoravit; Serpens hyberno frigore concretus à miserente rustico in finum iniectus ubi ex nativo hospitis calore reuixit, pro mercede pugir, proque osculo venenum infixit, & rusticum interemit. Viperæ maternum perforant vterum, & mortem illi reddunt, cui vitam debent; corvi vetulos suos parentes deuorant, deuorant, & ipsi suis à posteris, ita & vos malorum coruorum oua perfama, pro bono malum reddere: pro beneficio veneficum rependere, pro salute accepta necres machinari quasi congenitum nostræ virtutæ vitium habetis.

¶ 4.
In gratiam ea-
lis. c. 1. v. 2. exclamat: audite celi, & auribus peripe terra, quanum lo terraque. Deu locutus est. quid obsecro locutus est cœli terræque Dominus, ut tantam idcirco efflagites audientiam? Filios ornatui & exaltans, ipsi autem preuenirent me. hæc est pro beneficijs meis merces, haec census & vœtigal à filijs meis mibi repensum: contemptus sci- licet, & blasphemia & mille flagitorum plura. audite ergo cœli, & obstupescite, attende terra, & vice scere! hoc attoniti au- dito cœli (Rupertum recito lib. 1. cap. 2. in lf.) & Superfacta re- ra reverendo indignamini & indignando reveremini. hoc nimurum est audi- dire, indignari scilicet & erubescere. erubescat cœlum se ingratis hiscè bestijs inservire, indignetur terra, se tam immanes bel- luas souere: seuiat fulmine non bruto in bruta hæc animalia cer- tum, erubescat ab inuercundis tellus, & ignominia facies eorum repleat, qui qb effrontem suam impudentiam & impudentissimam ingratitudinem erubescere nolunt.

Dominica XIII. post Pentecosten.

¶ 5.
Efratum effrontiumque iudicorum ingratitudinem erga hu- manatum Deum perstringens Sancti. Gaudentius Serm. 9. ait eos à Christo curationum beneficijs verberatos fuisse, ed quod in- gratias beneficeret: ipse in carna adueniens docuit eis & instruxit & ver- bravit curationum beneficijs, quia ingratii exiliorum. verberauit eos, quia non vt homines, sed vt bruta immania agebant & pro fauori- bus furores, pro amoribus dolores, pro curationum gratiis, vul- gera, & funera reciprocabant. o Iudezi! o bestiæ! o iudicis de- teriores Christiani! à verberibus mille digni! qui beneficia con- ditoris reparatorisque vestri mortiferæ ingratitudine nunquam non pensatis.

¶ 6.
Querit Simon Maiolus de Plantis to: 1. coll. 2. cur hedera sit signum venalis, vini & respondet, quia vitis est symbolum gratitudinis, præ ceteris enim arboribus benignior erga eos omnes, quibus quid beneficij accipit, ipsi enim adeò Stipitum quo suscitator vitis gratum quendam succum communicat. è contra hedera exhaustus, & arefacit arborem, cui innititur; dissoluit mu- sum, cui inneditur, ideoque vivum ingratitudinis est hieroglyphicon: propterea venali viuo inquit Maiolus suspensa superponitur hedera, quia in eadem domo pudeat vinum facere incolatum, ubi vel hedera vestitur sunt; ideoq; se venale facit potius, quam ibi commorari ve- li, ubi regnat ingratitudo. Fugit vitis hederam, fugit vitis ingratum & mauult vendi vinum, quam coniuere hedera, mauult vites illa vera triginta denariis vendi, mauult vindemiatr imo ex- varescere; quam ingrato alicui Iudei, imo toti iudicis genti con- uiuere. ingrato enim coniuendo, non homini, sed bestiæ conui- uit, cùm enim homo animal sit sociabile, nihil autem æquè soci- benes. nibil æquè concordiam humani Generis dissociat & distrahit, quam hoc virtutum, satius profecto est non viuere, quam eiusmodi inhuma- no homini coniuere.

¶ 6.
Posteaquam energumenos duos ex Gerasenorum ditione ori- undos Saluator persanasset, & legionem dæmonum integrum, à quo possidebantur, in gregem porcorum tanquam viuas ingratitudinis imagines (ed quod porci glandibus vescentes nunquam in pastorem, qui glandes ex arbore depluit intendant oculos) a- blegat-

PHILIPPICA XLVIII.

blegasset, ecce tota Citham exiit obutum Iesu Matth. 8. v. 34. siue du-
bio, vt pro collato energumenis beneficio, & redditu vniuer-
sis Gerasenis ultra citrōq; comande libertate, quā prius ener-
gumenorum ob furias destituti erant, gratias agant, & solspitato-
rem suum in urbem triumphaliter inducant / minime gentium.
vix eo roghant: vt transiret à finibus eorum, hæc est humanitas, hæc
gratitudo, hoc reciprocum benevolentia obsequium, quod rogant,
& non armata manu expellant benefactorem; hoc est enim mundi in-
genium, ait Paulus à Palaio in c. 8. Macth. Arma furentia arriperem-
tra Christum bene merentem. Non inuitant in urbem, non orant, vt
tantillum permaneat, sed vt quantocys transeat, vnaque per-
culum omne submoueat, ne ad eius presentiam dæmones porr-
si porci defint, in Gerasenos tanquam prioribus animantibus sup-
pares immigrarent. Plus nimis dilexere Geraseni porcos suos,
quam Agnum Dei qui tollit peccata mundi; plus delectati sunt
absentiâ Christi sive tenebris, quam luce & presentia solis, malu-
eruntque abesse benefactorem, quam ut pro beneficijs gratias
reponere tenerentur. o Geraseni iuxta nomen vestrum ruminati-
onem appropinquantes bestijs vos accedere potius, quam rationalibus
creaturis & patrio significatis in nomine, & proprio confirmatis
in facinore. ruminacioni & bestialitati appropinquant, qui ac-
cepta beneficia recognoscere negligunt, nec gratias dicere conantur.

Exod: 32. Eductus ex Agypto per mare rubrum populus Isr. Eliticus in-
gratæ mentis Mnemosynon, aureum sibi vitulum erigi imperat;
quem pro Numinis adoret. cur vitulum / vt vitularentur liber-
us; cur vitulum? seu bubulum caput, vt cum Ambroso, Augu-
stino, Hieronymo, D. Cyprianus lib. de Patriarch: loquitur, cur
inquam bubulum caput? quia similis simili gaudet; cur vitulum? cur
quia crassi illi boues generare aliud nesciunt, quam vitulum; cur
vitulum, quia Serapidem ab Agyptijs in specie nigra vacca fron-
te candida adorari viderant, idolomanicorum Agyptiorum exem-
plio in contemptum veri Dei beneficia in maleficium, vt loqui-
tur Oleaster in c. 4. Ex: conuertunt, atque vt ostendant, bel-
luis se similiores, quam hominibus esse, & ruminacioni accedere,
diuinis honoribus vitulum prosequuntur.

Sed

Dominica XIII. post Pentecosten.

Sed ruminarent utinam irrationales isti homines, quanta in-
gratitudinis turpitudo sit, periculum quantum! nil homine terra pe-
nitentia ingrato genit canit ex Menandro Publius Mimus; philosophus
Seneca vero I. 1. c. 10. de benef. erunt homicidae, tyrauni, fures, adul-
teri, raptiores, sacrilegi, proditoris: infra illa omnia ingratius est, hot tu caue-
tanquam maximum crimen ne admittas. Diuus Bernardus denique sa-
cratori usus stylo serm. 2. de 7. pan. vñil, inquit, ita disciplet Deo
in suis gratia, quemadmodum ingratitudo. Non Deo tantum sed & ho-
minibus exos os reddit. Alexander magnus milites alioquin stre-
nuum petentem agros & prædia rustici cuiuspiam, à quo miles
naufragus tecto, lectoq; exceptus, fatus & redanimatus fuerat,
hignate in frontem inusto signari iniquum petitorem fecit queri-
uerbio: hic ingratu est bosq; proh! quot forent signatrici, si mul-
ti essent Alexandri, qui pro potestate inurerent, exurerentq; per-
tigas illas frontes: hic ingratu est cliens, hic ingratu est Dis-
cipulus, hic ingratu est alumnus, hic ingratu est filius. Erit
ali quando tempus, cum non frons sola turpi inuretur, signa-
tio, sed exuretur omne corpus ob crimen hoc maximum, & ex-
vagatio, adde. Et communissimum. O ingratu, per salutem ego
clamat Bernardus: ingratitudo est bosq; gratia & anima salutis, ergo S. Bernar-
dinus: ingratitudo est radix totius mali spirituelli; & ventu quidam defic. in Cant.
Patriarcha Venetus: ingratitudo desperata, nisi mox ingratu esse desinitis. clamat Augu-
stinus: ingratitudo est radix totius mali spirituelli; & ventu quidam defic. in Cant.

5. T.
Ingratitudo
crimen maxin-
imum.

PHILIP.

PHILIPPICA XLIX

PHILIPPICA XLIX.

In Luxum Vestium.

DOMINICA XIV. POST PENTECOSTEN.

Quid solliciti es. Matth. 6. v. 28.

S. 1.
Sacerdos de-
bet arguere
nos turpitudi-
nem nostra.

Vix illa corruptissimo hoc nostro seculo mortales cura maiorum incepsit, quam nosorum nouorūmque in singulos annos, nondicam lunationes, vestimentorum. ex hac cura laborant non tantum Domini, plus Dominis Dominz, plūsque dominabus domesticis, verā etiam statū ciuici & sexūs vtriusque personis, imo & ancillæ infimæ, quæ malunt esurire, malunt debita contrahere, malunt corpus profundere, malunt & animam debere, quam carere gemmulis in capite, serico in corpore, auro in pectore vestīumque luxu abstinere. sed Rultitiae nostrum hoc seculum processit, vt, quod concionator celebris obseruat, in plebe potius quam in summis capitibus nitorem pretiūmque vestium cernere, nec tam in aulis requirendi, qui de exquisitis vestimentis sint oliciti, quam in foris & compitis, ac potissimum in se xu plebis nequiore. Emendant h̄z nimis tam splendorem & vestibus, quem non habent à natalibus, ornarique malunt à vestibus, quam eis ornare. sed aduertite viles animæ, quale vobismet ipsis ex immoderata vestimentorum cupiditate accedit probrum, etiam fortes terre marisque tantoperè adamatis. quid sericum ea, pro quo comparando vite filium abrumpitis. quid argentum & aurum, pro quo celum prodigitis? quid vñiones & corallia, pro quibus diluniri à Deo non curatis? quid moschus, quo redolente præ oscuribus solitarum virtutum aromatis gaudetis? quid chirothece & calceoli, quibus non tam superbiam manu & pedibus tenetis, quam à superbia tenemini & calcamini? seruumen vernis

Dominica XIV. post Pentecoste.

vermiculorum (sit venia dicto) excrementum, aurum & argentum est stomachantis terræ excrementum, gemmæ & corallia spuma matis excrementum, moschus africanorum murium excrementum, calcei & chirothecæ mortuorum iamque putrefactorum animalium superstes excrementum / en quō vestra vos damnat superbia, ad lordes & excreta, quemadmodum superbus ille serpentis copiosiores & pretiosiores ideo uestes affectati, vt cum uestes in peccati cauterium & probrum primis parentibus a Deo datæ sint / teste S. Vincentio Ferrerio Domin. 3. Adu. serm. 5. in panam date fuerunt homini uestes, quasi vinculum latroni in penam furii (ipso ostendant facto posteri, se longè vitiosiores esse protoplastis & pluribus maioribusque cauteris digniores. Contra damnatum itaque hunc uestium luxum pluribus acturus hodie, omnini verborum luxu abstinebo, vt nuda appareat Veritas.

Quod Solon Cræso, quod Demonax fastuoso adolescenti in aurem dixit, id ego ex hac cathedra prædicto, & malis eos aubus ouibusque incedere proclamo, qui splendore uestium luxuriantur. Cræsum Lydorum Regem refert Laertius lib. de vita philos. c. 2. ueste multicolore fulgentem, sceptro conspicuum, nitidioribus cristis turgidum, sublimi residentem solio ex Solone sciscitatum fuisse, pulchritusne omni retrò vitâ spectaculum vidisset, cui Solon: vidi in gallis gallinaceis, phasianis, & pauonibus eò pulchrius quod naturalius, & tu quidem multis te aubus infaustiorem ostendis, qui tot earundem exuuijs opus habes an non iure optimo principi illi anno 1518 talarem tunicam ex caruelium capitellis suffulam gestanti idem poterat occini, & demonstrari capitalem illi morbum, imo mortem toto corpore inesse, qui aues victimarat, vt ex earundem capitellis superbiam suam inuestiret. Vedit Demonax iuuenem purpuratum immanis fastu procedentem, cui philosophus in aurem insulsurauit: heus! hoc ante te gestauit ouis, & ouis erat. Inihil sapit supra ouem stupidam, quisquis sapientiam, nobilitatem, gloriam suam in pellibus & plumis describit, reponitque, quas si spoliata beatis repeterent, corniculâ, vt est in fabulis, cōfusiores apparerent. at veniet aliquando dies, cum direptis animalium exuuijs, ne dicam

S. 2.
Superflus ve-
stitus corporis,
nuditatem a-
nimæ decla-
rat.

Drex. 1.3.
cap. 9.

cam spoliatorum subditorum plumis. apparebit nuditas vestra
comptuli, quando coram irato judice vestem albam & laceram
purpuram induit stabis in diuendi pudore. & operiendi sicut di-
ploide confusione. Nunc certe satis superque appetit pudenda
animæ nuditas, quando tot vestimentis corpus operitur. certe
vix evidenter signum est, animam esse turpissimè nudam, quam
cum immodico vestium splendore turget corpus. quemadmodum
enim nemo duobus Dominis iuxta diuinum Euangeliū hodierni
oraculum seruire potest, ita neque cultui corporis simul & ani-
mæ potest intendere. negligatur necesse est animus, dum exco-
litur corpus, sicut paucum dum alas explicat, pedum turpitudinem
demonstrat, ita cum fastuosus homo pulchritudinem iactat cor-
poris, turpitudinem affectuum suorum, qui pedes animi sunt, ma-
nifestat. confirmat hæc omnia aureo calculo Chrysostomus, hoc
enim studium in ornando corpore internam indicat deformita-
tem, huius vestium sumptus, illius indicat nuditatem, impossibi-
lity enim est aliquem agere curam animæ, & tanti facere corpo-
ris pulchritudinem & ornatum, scut & impossibile in externo
illo cultu tantoperè occupatum illius agere curam. hæc ille ve-
re aureè. Non indiget formosa facies subio, non indiget vestis
aurea colore alcitatio, non indiget ebur calcis crusta, nam vñ
Petrarcha dial. 20. docet. mos est fida coloribus obtinere. & sicut
gri, sub quibus aurum dignity, nullam omnino viridem herbam
proferunt, sic vbi virtutis aurum in corde nascitur, nulla fortis
peregrina viret pulchritudo; è contra vero quemadmodum fru-
dosæ arbores fructum non ferunt, ita homines sicut arbores, dum
externo decori omnes curas impendunt, maturos virtutum soli-
darum fructus ferre non solent imò inueteratorum foeditatem vi-
tiorum splendore vestium obtegere conantur. facit huc, quod de
Apelle narrat Clemens Alexandrinus 2. p̄dag. 12. hisce verbis:
Apelles pictor cum vidisset quendam ex suis discipulis pinxit
Helenam multo auro ornatam: o adolescens, exclamauit, cum non pos-
set pingere pulchram, fecisti diuitem. tales sunt Helenæ imò lenæ, quæ
cum pulchræ non sint, apparere nihilominus pulchræ volunt, effi-
ctæ & ornatae diuitijs & vitijs.

3. 3.
Elegantia
Tria inquit Aulonius commentatore non indigent, vt pro-
bentur

bentur vel improbentur, sapiens oratio cùm profertur, bonum vi-
tium cùm bibitur, vir bonus in calamitatibus, addo, prædictus
virtute animus. vnde liquet & animum & corpus illius defor-
me esse, quem perpetua vestimentorum cura exagitat. Vidimus
ipsi vias formosæ naturæ imagines absque fuso & pompa longè
formosiores apparuisse, quam deformes cum exquisitissimis pig-
mentis & rarae elegantia vestimentis, ego ita plane sentio, inquit
Paulus à palatio in c. 6. Match cui consenserio, quosdam bac ratione
se auro & argento tan axatè vestis, ut faciem vitem, quam ex meritis suis
habent, sicut illi mentiantur, & intuentum oculos fallant. Miserat Ar-
chidamus Regi Syracusano vestes elegantissimas in ornatum regi-
arum filiarum, at remisit Rex inquiens: verior ne hoc amictu pueri
mibi turpes videantur. nimurum sicut cibus insipidus condimentis,
Et amarae pilulae inuolucro auro indigent, ita superbo corpora
deformia vestis. Sponsa Salomonica monilia non gestauit, quia
collum suum sicut monilia cant. 1. v. 11. mulier fortis Salomonis ma-
ter linum & lanam adhibet, & spolijs terrarum mariumque, auro
scilicet & gemmis non indiget quid enim opus est peregrinorum fu-
tos adhibere colorum, cui propria sufficit pulchritudo? ait Bernardus serm.
41. in cant. vbi paulo ante dixerat, quibus de proprio non inest de-
tor, aliunde necesse est, ut videntur, vnde se speciosæ mentiantur. quin
demus cetra abesse peccata, quæ tamen non possunt non adesse,
nimius cultus nunquam non vitiosus est; sunt nonnulli inquit Gre-
gorius M. homil. 4. in Luc. qui cultum subtilium pretiosarumque vestium
non putant esse peccatum quod si videtur cuipa non esset, nequam sermo
dei tam vigilanter exprimeret, quod diues, qui torquebatur apud inferos, byssō
E purpurā induitus fuisset. at demus ista de corpore non esse vera,
quod foeda sint, quæ insolenter ornata, de anima semper verissi-
mum est Bernardi iudicium: vestrum curiositas deformitati mentium &
corrum indiciam est. iterumque: quanto amplius corpus foris propter vanam
gloriam ornatur, tanto interius anima sedatur, & sordidatur.

De vestimentis quid solliciti estis? an sine his cœlum nequa-
quam vos concordare posse creditis, sed illius instar hospitis,
qui vestem nuptialem non habebat, in exteriores tenebras de-
turbari timetis? imò vero superbis cum vestibus cœlum adire dif-
ficile, nè dicam, impossibile, in mortem vero & tartara ruere pro-
nissimum

5. 4.
Luxu sedis
um characte-
re reprobatur.

12 PHILIPPICA XLVI.

nissimum est; princeps damnati epulonis ratio à Luca depingitur in purpura. induebatur purpura. princeps perdendi Iosephi argumentum ex versicolori tunica depromptum erat, ideoque tunica illa sanguine hædino respersa Patrique allata est exclamans: Gen. 37. fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. ô quot accrescentes filii & filiæ deuorantur à superbia, ita ut necesse sit in corundem polymitis causam damnationis in hircino sanguine, hoc est, reproborum charactere scribere, bestia (superbia) deuorauit eos. Hugo dinalis in e. nem Cardinalem audio: de eiusmodi qui talibus vestibus induuntur, dicitur illud: fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph, bestia, id est superbia tales deuorauit. Christianis omnibus ab apostolo inscriptum illud est: Christum induisti nihil hac veste speciosius, pretiosius Cyprianus nihil. verum Cypriano credamus: serico & purpura induit Christum. l. 4. de hab. sincere induere non posse. non induunt, sed exuent Christum, qui vanitatem & mendacium in cultu corporis affectant. Si autem Christum, qui Vtua est, exuunt, quid nisi putrida sunt cadavera, quæ in die sepulturæ pretiosius ornari consueuerunt. Loliam Romanam in communib[us] festis vestitum vniuers millionis teste Plinio lib. 9. c. 35. gestasse transeat at consulis in Germania filiam Christianam in calceos exposuisse sexcentos florēnos, hoc erat Christum non tantum exuere, sed conculcare, & magnis passibus ad damnationem properare. Gemit Chrysostomus orat. hab. in Kalend. et usque molitiae yu delaphi sunt homines. ut & calceos exirent, quod anima impura & depravata signum est. licet enim perexiguum hab. esse videatur, tamen tum in viru tum in feminis magnum perdite mentis argumentum & significatio est. Chrysostomo consonans Chrysologus Centra vestes aureas detonat & securæ reprobationis signum ex eo cluse comprobat, quod animam ad inferna natu[m]o pondere depriment: aurum natura graue. dum suam semper reptat ad naturam, celestes animas ad inferna deponit. Achabi in reprobum sensum dati prognosticon fuit superbia ex purpura, vt obseruat Petrus Damiani: et ce Achab imperiali purpura decoratur & reprobo spiritu fallente decipitur; gladium induit, & gladium diuinis furorū auertit; regalibus insulū ridentiis, laquo deceptionis impingitur, sacer contentus, dilata vltioni indulgentiam proferatur. eidem insolenti purpuræ famam imputat Chrysostomus: purpura illa famem peperit difficultem. ex quo inferas: sicut famæ prodroma

Dominicæ XIV. post Pentecosten.

13

droma mortis esse solet, ita vestium luxus & mater & prodroma hom. 8. ad est damnationis æternæ. pop.

Meminimus nonnullos in vestibus splendidissimis infami cum Amane appenos cruci fuisse. quam vereor, ne in malam crucem cant omnes, qui splendida ambiunt vestimenta. Anno 1597. ipsa Palmarum Dominicæ, quæ videlicet vestimenta pedibus Saluatoris substrata fuisse legimus, Alexander Walachiz Palatinus ob magistrum ignominie administratam prouinciam in splendidissimo vestitu Constantiopolis strangulatus animam egit. tales nimis palmas merentur & triumphos, qui in luxum vestium dissipant pecuniam super Domini sui. Christophorus Dux Wirtenbergicus, cum nonorum vestimentorum luxum insolescere animaduerteret carnificem eodem vestiri fecit, docuitque illos & corporis sui, & animi carnifices esse, qui superflua vestimentorum curâ sese cruciant, ipsoq; habitu sic stringunt & contorquent, ut pœnè stragulent. Magnum alium Germaniz principem refert in Labyrinto p. 2. c. 3. Stengelius ex quadam insolentissime vestito petiisse, placeretne quoquo tandem pretio tam raræ elegantie vestes vendete? imò donare respondit aulicus, misitque ocyus; quas Princeps stramine farciri & publico affigi patibulo fecit, vt leuis ille vestitus publicâ infamie nota insignitus omnibus exodus redderetur en quā veraciter dictum sit, vestes splendididas non penetrare in cœlum, sed cœlum inter terramque ignominiosè hærere. imò ad terræ centrum perniciose deturbare. Notissima est historia de infelici illa hera, quæ ad diem festum solennius sese ornatura ancillam ante diluculum adesse præcepit. adfuit pro ancilla incognitus dæmon, itaque deformauit superbam, ut superueniens postea ancilla stuparet, horret, fugeret. Domina vero in speculo visura, quæ horroris fugæque causa? adē suimet aspergū est conterrata, vt præ horrore relupinata, & extincta vim mortiferæ superbiæ speculum esse moruerit.

Et cur vestimentis solliciti estis? vt placeatis? imò verò vix luxu Deo, Angelis, hominibusque displicetis. Deo quidem qui primas in peccati poenam sarcuit vestes, easque incultas ac simplices, quæ poenitentiaz essent indicium, non irritamentum superbiæ. at vos plus Deo sapitis & decentius aliquid tunicis pelliccis

g. 6. sumptuosa festis varijs ex causis disipl. rent Deo.

liceis excogitatis. Exuit in cœlo Deus superbum Angelorum Princi-
cipem veste pretiosâ (ornis quippe, lapis pretiosus illi erat pro-
vestimento) & rudentibus inferni induit, ut Archi - Apostolus
obseruat ep. 2. c. 2. v. 4. quanto magis vilem terræ vermiculum
diplôide confusionis operiet. Læse Maiestatis hoc crimen cen-
ser Cyprianus, quia numisma diuinum comptuli adulterant im-
agine diuinam vano & animali habitu conspurcant, & corrum-
punt. tu te existimau impunè laturom tanta temeritatū audaciam. Dei arti-
ficius offendit explicatus Tertullianus lib. de cultu foem. quod singu-
lare diaboli est quodsi diabolus omnia suata excogitauit, diuino opere. S.
thana ingentum superinducere quam scelestum est. displicet deinde Deo
vestium luxus, quia pretiosissimi temporis, quod per suam repa-
rare Deus non potest omnipotentiam, est iactura; mulieres enim
dum poliuntur, dum comuntur, annus est. displicet præterea, quia vel
pauperum sanguis est, vel detracta pauperibus eleemosyna hoc
Hieronymus, illud Hieremias pronuntiauit: inficiuntur membrana pura
pureo colore aurunque liquefit in literas, gemmū codices resiliuntur, & mudi-
ante sores eorum moritur Christus. si sacri codices ornandi non sunt
cum defraudatione eleemosynæ pauperibus disperdiendæ, quan-
to minus sunt exornanda corpora. Hieremias verò c. 2. in aliis tñis
inuentus est sanguis animarum pauperum, superbæ vestes alæ sunt, quibus
se iactantia tollit in altum, ut cum Icaro vel Simone Mago casu
grauiore ruat; alæ sunt, quibus excitata, vt loquitur Clemens A-
lexandrinus 3. p̄dag. II. & quodammodo alatae mulieres (mol-
les animæ) à matrimonio, à virtute, à salutis tramite resilient;
alæ sunt quibus in captiuitatem & ruinam ab infernali accipitent;
detrahuntur, & sicut columbae de alarum suarum pulchritudine
plaudentes easdem inter se collidunt & implicant, eoque strepitu
accipitrem adprædam excitant teste Plinio lib. 10. c. 16. ita su-
perbatum plausu vestium velut alarum strepitu excitatus inferna-
lis arbiter in easdem inuolat, inque exitium detrahit. His aliis
non ad superos, sed inferos gentes volant inquit S. Bernardinus
p. 1. serm. 44.

s. 7.
Displacent pa-
riter & ango-
lio & homini-
bus.

Sed num Angelis superbis vestitus placet, non placet ange-
lis, quod tantoperè placet dæmonibus, hi enim promissis feminis
rum syrtatis, imo & cincinnato capiti infidere s̄pē numero con-
specie-

peci sunt; quin & dæmonem ex energumeno loquentem tota au-
diuit Gallia teste aurito Cœlio Rhodigino lib. 8. c. 10. qui se
cincinnatum vocabat, eoque compellatus nomine libenter respon-
debat. Sunt, quis neget, fautores superbarum vestium dæmones,
ut ijsdem velut rudentibus infelices animas ad tartara detrahant.
Quod contra impiissimam Izabelem (quæ cùm se fibio ad pla-
tendum Iehu pingeret, iubente eodem de fenestra præcipitata est)
quod inquam contra lezabelem dictum est, cùm vestiu coccino, cùm
metu fuciliu aureo, & pinxit fibio oculos tuos, frustra componeru. 4 Reg. 19.

contempserunt te amatores tui, animam tuam querent. id sibi omnes calamiti-
tati & cincinnati lenones & lenæ dictum meminerint: contem-
plerunt te Deus, angeli, hominesque, animam tuam dæmones quæ-
rent. Quod hominibus prudentibus nimius vestium nitor non
placeat, inde patet, quia inuidiam prouocat, linguas dicaces ir-
ritat, suspiciones malignas mouet. Loquatur Chrysostomus lib.
de virg. c. 61. quid luci est in multis aurea ornamenti? nihil aliud omnis
nisi inuidia. Fuisus Ostiensis Cardinalis apud B. Petrum Da-
manum apolog. 15. eleganter afferit: cùm nitor indumenti ad intuen-
tionum spiculu armat; hinc illæ voces: unde huic mulierculæ num-
eris pudoris hedera est? hem pauonem! hem idolum! hem simi-
am quæ manet simia, quamvis aurea gestet insignia, hem idolum
belli foris aureum, intus luteum! hem pulchram bestiam, cuius
molliebrem mundum mihi optarem ipsam verò nec pro toto mun-
do acceptarem. Sic sic armantur lingue in ambitu liciniosi sco-
pum, quodsi seuerior veniat præco veritatis, rotundè simul &
acute cum D. Cypriano de hab. virg. exclamabit: ornamentum &
insignia & lenocinia faminarum non nisi profutari & impudicu semi-
conuenient, & nullarum ferè pretiosior cultus est. quam quarum pudor vi-
ta est. hinc Syracusani & Lacedæmonij purpuram & aurum non
nisi turpitudinem professis indulseré teste Eustachio Diodoro &
Clemente Alexandrino c. 4. p̄dag. Et adhuc de vestimentis cu-
ras nutritis. Si adhuc mordaces has curas nutrit, & vestium lu-
cas nutrietis, pergitis, pergit, deque curarum vestiarum præmo-
dubitate. nisi enim Deus vobis pro his curis & labore tanto
infer-

16

PHILIPPICA L.

Staples in infernum reddat, magnam vobis profecto, ut sapientissime Thea
a Mori, mas Morus dixit, iniuriam faciet.
12.

PHILIPPICA L.

In adolescentes vitæ prodigos.

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

Ecce defunctus efferebatur filius unicus Matris sue.

Luc. 7. v. 12.

5. i.
Quatuor vi-
tia accelerant
adolescentibus
mortem.

Narrat Drexelius in Prodr: vilabat se in præcipua vrbe Ger-
maniae duo sepulchra sibi contigua, senis vnum, iuuenis al-
terum, cum pari vtriusque inscriptione, dispari tamen mo-
do proferenda. Epitaphium enim senis habebat simplicitatem &
mortuum est. iuuenis autem cum interrogatione: & mortuum est? quod
senex mortuus sit, quid mitum? quod iuuenis formosus, robustus,
optimè educatus, tam citò raptus sit, hoc enimuerd admiratio-
nem mouet. quanquam propter similium funerum frequentiam
cessare deberet admiratio: sicut enim plures pulli & vituli, quam
galli & boues occiduntur, ita & plures præ sentibus iuuenes effi-
runtur. edentulæ Morti delicata & friabilis, non vetula & dura-
caro præ placet. Ecce defunctus efferebatur pulcher in viba pulchra
(Naim enim pulchram significat) charus charæ matris filius, popu-
li delicium, patris spes, adolescentiæ Flos, familiæ gemmula. I-
saælis ornamentum. Dignus certè compassione, cùm ipsem Sal-
uator cor suum ad tenerrimam commoueri passus sit commiserati-
onem. Veram non tam dolori indulgere hodie statui, quam a-
quo furori, cùm videam tot etiamnam adolescentes ad sepulchra
efferti, & quidem viuos atq; spirantes. Barbarum profecto spe-
ctaculum viuos humari, sicut Imperator Zeno humatus est. sed
quis effert tot iuuenes humatque & nequissimi quatuor portatores.

Dominica XIII. post Pentecosten.

17

Quinam portatores hodierni adolescentis fuerint, exponit Di-
uus Ambrosius, quatuor fuisse elementa. Ego pro quatuor e-
lementis ostendam, quatuor vitia esse, quæ innumerous iuuenes
funt, & ante diem mori compellunt. pro terra est gula,
pro aqua est luxuria, pro aëre est inobedientia, pro igne est
iracundia. Iubeat bonus letus portatores tot sistere, & non
habebimus tot funera, imò videbimus plurimos alioquin fune-
randos reuiuiscere.

Propter gulam protoparentum maledicta terra est, vt spi-
nas, & tribulos progerminaret, noxias & lethales herbas pro-
ferret. propter gulam Adæ dictum est: in puluerem redibis;

S. 2.
Primum bi-
tium & gula.

Propter gulam infinita vbiique sunt sepulchra concupiscentia. pri-
mus ergo portitor est Gula, seu intemperantia in cibis & po-
tibus: nunquid macandi sumus, quoniam nos ipsos saginamus, ait inge-
nius Chrysostomus homil. 54. ad pop. quod utinam sibi ac-
tinuerint Philistæ à Samson opresso lud. 16. Balthasar à Cy-
ro iugulatus Dan. 5. vitulatores hebræ Ex. 32. antiquum est,
quod Hypocrates Lib. 6. aphor. 13. repetit: plures occidit
crapula, quam gladius, quod confirmat Spiritus veritatis Eccl.
17. propter crapulam multi perierunt, qui autem abstinenſ est, adiicit vi-
tam. Cur tot vituli, & pulli ad macella, & culinas rapiantur,
Gula facit, cur tot iuuenes immaturæ morti victimentur, gula
in causa est. Paucioribus morbis vexantur pecudes, quam ho-
mines, quia temperantiores sunt. Perijt Sodoma propter Sa-
turitatem panis, vt exprobrat Eccl: 16. v. 49. Perijt Ierusa-
lem propter gulam, idcirco princeps coquorum Nabuzardan
(vñ habent Septuaginta) missus est q. Reg. 25. vt muros de-
trueret, ciuitatem vastaret, & incenderet. Muros Ierusalem prin-
cipes coquorum destruit, ait Sanctus Gregorius lib. 30. moral. C. 26.
guia virtutes anima gula, imò & vires corporis perdit. propter crapu-
lam malitii iuuenes perierunt. Alexander Macedo certamen hel-
luorum inter iuuenes instituit, potatum est alacriter, vicit Pro-
machus, sed & ipse à morte victus, & post triduum elatus est,
leuci illum sunt quadraginta & vnum ex combiionibus, qui
immaturæ morte paulò post extincti sunt. Ipse Alexander tri-
secundo atatis anno, mense octavo sepulchrum inuenit

in cy-

C

in cyatho, portitorem & Vespillonem in gula. propter crapulam
multi perierunt, qui autem abstinent est, adiicit vitam. Eccl: 37. v.
34. Quantum placeat Deo talis parsimonia insinuat Diuus
Hieronymus in reg. monach. parcus cibus & venter esuriens
triduanis ieiunijs præfertur. Hipocrates anno centesimo qua-
dragesimo ætatis interrogatus, quæ medicinæ prorogaret annos?
respondit, quia nunquam satur à mensa surrexi; non iacerent tot in
sepulchris iuuenes, si ad epilas sedissent breuius, surrexisse
que promptius & leuius.

5. 3.
Secundum
situm Lux-
uria

Gen. 49. v.

4.
Gen. 6. v. 3.

5. 4.
Tertium si-
tum inobedi-
entia.

Alter portitor Aqua seu luxuria: effusus es ut aqua non sponget,
vetus est maledictio & quotidie renouatur. Diluuium aqua-
rum excitavit luxuria: non permanebit spiritus meus, spiritus vitz,
in homine, quia caro est, hoc diluuium hodiisque mergit innumer-
os mortales, & ex aqua in ignes præcipitat. Communis me-
diorum sententia est, nihil aquæ accelerare mortem, quæm ver-
nerem; non tot infantes in Nilo, non tot Ægyptij aquis nau-
sti in rubro mari periære, quot exhaustis viribus propter libi-
dinem temporalis æternaque vita naufragium fecerunt. Ha-
mus per exempla, Her. & Onan. Gen. 16. Ophne, & Phinees 1.
Reg. 4. Amnon, & Salomon. 2 Reg. 13. Salomon anno ætatis qua-
dragesimo nono vocatur senex, quia depravatum est cor eius, deci-
mo anno post expirauit, seculum facile victurus, si conting-
ter egisset.

Portitor tertius aer est, & inobedientiam filiorum erga pa-
rentes significat. sicut enim aer vagus, & inconstans obedi-
nescit, ita vt miraculum sit, si cui Sancto obediat, similiiter iu-
uentus tanquam aer & ventus parere reculat, ita vt obediens
per omnia filius prodigium huius seculi vocari possit. Iaco-
bum Hispaniarum infantem Philippi II. filium sanctissime cor-
rexit beatus Aloysius Ephebus regius, decimum quartum aera-
tis annum agens, quod Archidux ventis imperare præsumpi-
set; iam quatuordecim annorum adolescentes corrigit paren-
tes. Sed corrigit illos vicissim aer, & respirare eos diu non
sinit. Absolonem cogitate cœlum inter & terram pendulum,
cuius exitium prævidens Dauid seruari illum in viuis frustra po-
stulauit 2. Reg. 18; seruare mihi puerum Absolon 1. sciuit nimis
Dauid.

Dauid, quod sicut obedientibus suis longæuitas promissa est
Exod. 20. ita inobedientibus præpropere mors interminata,
quam euadere Absolon nequit, sed cœlum inter & terram me-
dius habet, quia nec cœlum illum tolerare, nec terra voluit,
aeri ergo in supplicium est traditus, sed nec aëris diu tulerit: tri-
mulandūmque lapidibus reddidit, vt si eret executio legis latæ
Deut. 21. 2 v. 18. ad 22. qui patr. aut matr. imperium & coercitus
obedire contempserit &c. lapidibus eum obruet populus ciuitatis, vt auferat
malum de medio vestri. ne videlicet propter unam inobedienti-
am filij tota ciuitas à iusto vindice puniatur. Subsannatorem
matris ad coruos damnat Sapiens prou. 30. v. 17. effodiunt eam
corui de torrente. cur corui? & quidem corui? de torrente & quia
corui sunt ingratitudinis Symbolum, & vetulos suos parentes
deuorant corui iuniores. de torrente autem aduocantur, quia
sicut torrens repente inundat, ita repentina inobedientes filios
obruat calamitas.

Narrat Diuus Bernardinus tom. 2. Dom. 1. Quadrag. ex
eo Steng. tom. 4. p. 534. nostræ ætate in Hispaniæ citerioris op-
pido non ita procul Valentia fuisse adolescentem, qui per pa-
tentum inobedientiam eò deuenerat, vt anno decimo octauo
propter publica latrocinia, & facinora in vincula coniectus &
suspicio damnatus fit. Erat enim tum prorsus imberbis, pen-
denti verò iam atque exanimi subito prorumpit barba spectan-
te populo. Comæ capitis planè senescunt, vt ætatem referret
hominis nonagenarij. Miraculo rei accitus cum populo & to-
to Clero accurrit Episcopus, omnes in genua prostrati expe-
ctant, dum ostendat Deus, quid sibi hoc monstrum velit. At-
que ecce tibi Episcopus editiorem capiens tumulum ad omnes
ait, voluisse Deum ostendere, quantum de vita eius defrahat,
qui de Parentum obedientia detraxerat, victurum etiam hunc
iuvarem fuisse ad eam ætatem, quæ iam apparebat in facie, ni-
si ipsos septuaginta annos parentum inobedientiæ detraxisset.

Alium quempiam, ait Thomas Cantipratanus lib. 12. Apum-
c. 14. in partibus Galliæ sup Philippo Rege nostris temporis
bus, fuisse cognouimus. hic ab ineunte ætate peruicacissimæ
vitæ fuit, vt illud, quod de Ismaële scriptum est: manus eius

contra omnes, & manus omnium contra eum Gen: 16. in eo ita videretur impletum, vt ne parentes proprios quiescere sustineret, sed ad amarissimam vitæ finem perduxerit. post quos & ipse miserabiliter infirmatus, & in agone mortis positus, sumptis Sacramentis Ecclesiasticis subito inter manus assistentium exclamans exiliit de lecto: surgite omnes, arma accipite, iuuante me contra proprium patrem, quia omnium inimicorum meorum duxor factus est, & conatur me occidere. Et hoc dicens quasi contra ingredientem multitudinem ad ostium conabatur nec mora cadens euersis terribiliter oculis clamauit expirans: heu me! Pater meus modo validissimo lapide frontem meam percutiens contriuit. hi autem, qui assistebant, neminem quidem videbant, sed quasi turbas se comprimentium & ingrediuentium audiebant. Vide ergo, qui nec patrem proprium propitiū habere poterat, quantis diuinæ vindictæ animadversoribus dignus fuit. non tamen absolute eum, qui ei apparuit, eius patrem dixerim sed quemcunq; fortè ex spiritibus sive bonis, sive malis, cum dictum sit: armabit creaturam ad ultionem inimicorum contra insensatos Sap: 5. Hzc ad verbum Cantipratanus, en: vt antiqua lapidationis lex contra inobedientes Elios renouetur, sique lapidatores desint homines, succedant demones, & quidem in proprijs specie parentis, quasi patrem habeat diabolum, qui morigerum non vult se præstare filium.

s. 5.
Vitium quārum
tum iracundia.
dīe.

Portitor ultimus iracundia adumbratur in igne. exedit enim hominem & incinerat. Stultum iuuenem interficit iracundia. Paduæ duo fratres ex nobilissima Lyminiorum stirpe post coenam una stellas ex solario speculabantur, cum alter inquit: precor mihi tot boues, quod conspicio stellas; cui alter itidem per iocum: utinam ego haberem tantum pratum, quantum est cœlum, vbi tu pasceres boues tuos? in prato tuo subiungit primus. quid? ait secundus, tu in prato meo? quid te non permitterem? etiam, ait primus, te inuito; ita ex ioco in serium, risus in itam, colloquium in iurgium degenerauit, ex verbis ad verbera ventum est, dum enim neuter vult cedere, exertis utrinque pugionibus mutuâ se cæde confodunt, saudianimesque reperti, & in conclave delati paulò post animam egerunt.

eggerunt. Ecce defuncti, qui à Sellis sibi ignes iracundia ad temet incinerandos, non phœnices, sed infelices salamandriæ, heu æternis quam vereor in ignibus arturi, succenderunt.

Sed quid portitoribus diu inhæremus, ad primipilum funeris Ducem, cui nomen est Petratum, & funeris comitem, cui nomen Mors, accedamus, vt immaturum tot iuuenum interitum accuratiū inuestigemus. Ingeniosè lusit recens Poëta, cur hodie mors citius approparet quam olim, quia videlicet Mors olim pedes, hodie vero eques progreditur. Equitem vidit Iohannes Apoc. 6. v. 8. ecce equus pallidus & qui sedebat super eum, nam illi Mors. Tertullianus apud Blasium Viegam, ait, in græco ille: ecce equus viridus. et si enim primâ fronte aspicienti equus viridis erat. & quis vnquam vidi viridem equum? nimurum latet mysterium, quod enucleat Lanuza hom. 31. 6. 9. quamvis videatur propria mortis sedes esse Senex pallidus, rugosus, exetus; frequentior tamen est adolescens in virore ætatis suæ, quia vicinior semper morti est iuuenis, quam Senex.

Narrat Regum historia lib. 2. c. 2. v. 18. de Asæle fratre Job, consobrino Dauidis, quod fuerit iuuenis tam velox, vt cursu concertarit: erat Asæl cursu velocissimus, quasi unus de lapren, que morantur in Siluæ. hunc tamen Abner in ipso cursu confudit lancea, & prostratum in via trucidavit, ita vt omnes viatores fisterent, substitebant omnes, qui transibant, interrogantes sese quid profuit robur & sanitas, quid decor & gratia, quid agilitas & celeritas? ecce defunctus! velociter licet quis currat, multo tamen velocius mors in ipso cursu lancea conficiat ac prostratum abiicit in via adolescentiæ. Quotquot mortuos à Domino excitatos legimus, iuuenes erant, de hodierno clarum est Euangelij testimonium, vti & de puella filia archisynagogi, de Lazaro testatur Diuus Epiphanius eum triginta circiter annorum fuisse (in catalogo dogmatum Manichæi) filius reguli ex mortis fauibus eruptus, dum iuuenulus erat. Et quæ causæ cur mors iuuenibus sit propior? quia iuuenes illam passim arietunt viam, per quam venit mors, quam illa via sit aperuit

s. 6.
Vicinior mor-
tis iuuentus
quam senectus.
cur?

PHILIPPICA L.

Sanctus Paulus Rom. 5. v. 12. per peccatum Mors. indubitatum autem est iuuenes esse ad peccatum prionores, quam sint senes, ideo sunt & morti propiores.

S. 7. Vixim est lapsus adolescentia inquit Sanctus Ambrosius lib. de peccandum. Iuuenes ad viduit: tom. 4. quia variarum aliis cupiditatum feruorem calentia in primiores quæbis Domini: acerrima pugna calentia iuuentutis est: vidimus eam, trans non peccant, si quis per eam. Similiter Diuus Hieronymus ep. 41. ad Rusticam non iuuenes sed viri Sanctus Basilus in c. 3. If. iuuenum lapsus: adsunt indomite, & vocantur.

effrenes concupiscentiae, bellus in ire, lingue incontinentia, contumelie, arrogante, saitus ex animi elatione, relique item affectiones iuuentuti vernaculae. Quibus qui in prima ætate obnoxius non est, non adolescentis sed vir appellatur: exemplo est Ioseph, quem Putipharis vxor ita sollicitabat ad flagitium, ut dicat Scriptura: mulier erat molesta adolescenti Gen. 39. v. 10. at quia spectatis Dei oculis consentire in scelus noluit, non adolescentis ab ipsa lupsa sed vir vocatur. vocavit ad se homines domus sue, et au ad eos: introduxit virum hebraum. vocantur domestici homines Iosephus auctem Vir. quo nomine ab ipso Dauide insignitur ps. 104. v. 1. Misit ante eos Virum, cum tamen iuenculus fuerit, tunc quando à fratribus venditus est, et quod moribus fratrum totus electus dissimilis, licet ætate minimus, vir tamen præ fratribus cunctis.

S. 8. At vero prodigus ille paternæ decoctor substantiæ non modo iuuenis, sed adolescentior, Luc. 15. v. 12. vocatur, quo nomine satis habuit Caristus exprimere omnes ipsius petulantias, insolentias, turpitudines, flagitia. quod quis petulantior, eo illi adolescentior, adeoque morti vicinior. Ponamus equum per se velocissimum, si tamen eidem addantur alæ, figantur calcaria, an non obices transfliet, & ardua queque superabit? fideliter mors Eccl. 38. equo omni celerior, cui stimulos insuper addit iuuenis: stimulus mortis peccatum est 1. Cor. 15. v. 56. non sunt rimuli mortis flagellastellata, quibus se quotidie cecidit sanctus Vincentius Ferrerius, & vitam ad septuagesimum quintum annum protractit; non sunt ieiunia, quibus Sanctus Hilarius quinque

Peccatum
stimulus mor-
tis.

Dominicæ XV. post Pentecosten.

que sicubi quotidie contentus vitam ad octogesimum amplius annum, Paulus vero primus ad centesimum decimum tertium protractit; non sunt nocturnæ vigilæ, in quibus Sanctus Hieronymus vixit, ad nonagesimum nonum annum; non sunt humi cubationes, in quibus Antonius factus est centenarius; non sunt perpetua cilicia & pénitentia, in quibus Chamaldensium fundator Romualdus centesimum & vigesimum annum numeravit. Stimulus mortis peccatum, hoc cogit properare mortem alloquin tam citò non accessuram.

Prædictor Nostri audiuit Deum resolutum: non permanebit spiritus meus (anima & vita) in homine in æternum (hoc est diu, ut longam trahat ætatem) quia caro est Gen. 6. v. 3. licet autem hoc statuerit Deus secundum rigorem iustitiae, recordatus tamen suæ misericordiae addit: erunt dies illius centum viginti annorum, quod quidem non intelligi debere de tempore totius vitæ, cum post diluvium vixerit nepos Noe Arphaxad centum triginta octo annos. Saue eius filius quadragecentos triginta tres annos, Habet huius filius quadragecentos sexaginta quatuor annos. Sed de spatio pénitentia ante diluvium indulto censem Sancti Hieronymus, & Augustinus habebunt centum viginti annos ad agendum penitentiam inquit homil. 22. in Gen. Orator aureus; nihilominus hoc ipsum tempus decursum fuit, siquidem diluvium anno centesimo. nimis licet mors tardigrado vecta quo, non nisi passu ordinario venisset, intra centum viginti annos adfuisse, stimulos tamen peccatores addiderunt, ut ipsa virginis annos uno impetu transfluerit. audi Hieronymum: quia pani- tuit agere neglexerunt viginti annorum spatium amputatum anno centesimo.

Eccles. 7. v.
18.

Perstringit hanc præproperæ mortis causam sapientissimus Salomon ita monens: noli esse stultu multum, ne moriar in tempore non tuo, parum stultescere transeat, sed multum stultescere, non tantum nocte vñâ plateas perambulare, sed quot noctibus armatum incedere, hos turbare, illos inuadere, multum est stultescere; & hæc te stultitia mori faciet tempore non tuo. Finge capiuum acceptâ sententiâ vt post mensem longa sit litera, grauiora mox patrare scelera, lapillos in transuntem Regem iacere,

PHILIPPICA L.

24
iacere; imò scelopetum exonerate, an non accelerabit constitutum suppicio diem? damnatus es ò adolescens tuo in capite, qui est Adam, ad mortem; et que à supremo iudice tibi dicta dies, quā de cagere ad arenam imò cinerem erit prodeundum. quodsi verò nouā actus insanā sceleribus veteribus noua adicias, an non metteris latē accelerationem sententiae? Sanctus Bernardus in declamat. ad Guil. Ab^t & Sanctus Gregorius⁴. Mors 17. questionem ingeniosam mouent, cur mors corporalis respectu spiritualis vocetur vmbrae iuxta id: si ambulauerit in medio vmbra mortis respondent: vmbra corpus sequitur, mors corporis, mortem animæ. quam primum corpus peccati intravit mundum, mors una introit, & eodem pede cucurrit. Quare quam chara nobis vita, tam cordi sit vitandi cuta peccati: Morietur in tempestate ait de pescatore Job. c. 36. v. 14. Septuaginta vertunt: morietur in iuuentute. tempestas est iuuentus, derripente inuoluit hominem turbine calamitatis, terret coruscatione fulgoris, ferit fulmine mortis. Sed qui feriri non vult, non sit moribus iuuenis, alioquin paulo post dicetur: ecce defunctus.

O Adolescentes vita, salutis, cælorumque prodigi / omni-
seri nec miserandi! que vos dementia, que nunquam satis de-
ploranda exigit in vestram vos præcipitat ruinam? quid ver-
nantis florem ætatis Libitinæ manibus vtrò decerpendum por-
rigitis? quid spes patris, expectationes maiorum, solatia pa-
rentum in herba succidi gaudetis? cur festino, lubricoque ad-
tartara pede properatis? satis citò eò peruenietis, vnde reuo-
care gradum non licebit, imò eo non peruenietis, si superato
feruidz ætatis æstu semitam virtutis terere inq; meliora vostem-
pora seruare sibebit.



PHILIP

PHILIPPICA LI.

In Prophanatores Festorum.

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN

Si licet Sabbato curare? Lucæ 14. v. 3.

Non est otiosa Magistri diuini quæstio: si licet sabbato curare: sciuit legem quia illam statuit, & ne ignem quidem in tabernaculis succendi sabbato permisit Exod. 36. im loco egredi ac proficiisci vetuit Exod. 16. sabbatiu[m]que viatorum ob ligna collecta lapidationis poenam inflxit Num. 15. quærerit nibilominus; tum ut se cordium ferutatorem esse insinuet, eorumque tollat errorem, qui ægris sanitatem sabbatum reddere, scrupulosa imo superstitione moti pietate illicitum dubitabant, tum ut scandali occasionem ijs præscindat, quos ex hypo dropici curatione præuiderer offendendos, tum denique artificioso admirantis potius quam interrogantis gestu de sabbatis observatione sciscitur, ut multorum arguat prauitatem, quæ festa idcirco instituta autumant, ut otio, lusibus, choreis, comeditionibus, ac ne nominandis quidem sceleribus vacent, nulla decalogi, nullæ salutis æternæ habitæ ratione. Contra quem peruerissimum seculi nostri morem, ut nec ab Ethniciis quidem toleratam impietatem, si seuerius égero, hodierno me excusamus: Spero ab Euangelio propositaque admirabundi IESV questione: Si licet sabbato curare?

Quod suo de seculo dixit Bernardus Serm. de omnibus San- g. L.
tis, repetere cogimur de hoc nostro: videre est hodie multū in te- Exulta Deo
ru, non sine multa ambitione & commissione presentem diem (imo Do- sunt festiuita-
minicos festosque dies omnes) honorari: an de honestari dicam? ipsi vi- tec nostra quia
deant, qui hoc agunt, ipsorum est enim huiusmodi celebritas, non sanctorum, nostra potius
non agunt diem Dominicam, sed potius diem Damoniacam, finitatis digna- quidam Dei se-
qua debent.

qui Baccho, Pluto, Veneri, tot idolis quot vitijs corpus & animam litant. non est ille dies vocitandus Dei viui & veri, neq; dies alicuius Diui, sed potius dies ventris nostri, impietatis nostræ, peruersæ voluntatis nostræ, quo ad indulgendum ingenio, curandam cuticulam, vacandum cupiditatibus scelestissimè abutimur. Solenne erat haibræis cuiuslibet mensis calendaria in honorem diuinæ, quæ mundus gubernatur, prouidentiæ exi gere, at quia calendæ ac festiuitates ceteræ ijsdem pœnè vitijs inieciabantur, quibus dominici nostri festiue dies passim traducuntur; audite quid iratus Deus ore Vatis Euangelici prolo quat: *calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea, fallunt mihi molestia, laborauit sustinens, verba tremenda! non verba, sed vthera, sed tonitrua, sed fulmina, calendas vestras & solennitates vestras, non suas, sed nostras Deus vocat solennitates, quibus nostro appetitui non diuino precepto vacamus. audiatur Origenes: dies festus, quem totum in vestris voluptatibus Det & proximorum immemores, & in executione vestrorum turpium appetitum consumitis, vester potius, quam Dei dies festus appellandus est. Dies enim festus Dei est, vt vos occupetis principiæ in conformando vos diuinæ Maiestati, & benefaciendo proximis vestris. hæc ille in c. 5. Ioann. Carini Imperatoris pessimi patet optimus flagitijs filij offensus dicere sepe numero auditus est: non est meus sciebat probè filium esse suum, suum tamen negabat esse, quod à patris moribus & indele nimium quantum degenerasset. pari ratione negat Deus festa illa esse fuz, in quibus animæ salus vnicè non curatur. quamvis enim non nesciat dies illos à se institutos, vt sua in terris gloria & desideratissima animarum salus propagetur, qui tamen illis ipsius diebus tam parùm à suis honoratur, imò dehonoratur plurimam, magisque die illo à ganeonibus lreditur quam pro plurimis diebus, idcirco negat suas esse calendas & festiuitates. Non sunt hæc festa Numinis, sed dæmonis, vt notauit deplorauitque regius Citharœdus ps. 73. v. 4. gloriati sunt, qui oderant te in medio solennitatis tuæ, posuerunt signa sua G. na. quorum verborum interpretem Hugonem Cardinalem audiamus, gloriati sunt, qui oderunt te scilicet dæmones, quia in diebus solennibus plurimis*

I. v. 4.

Vopifus in vita.

præcata sunt. adhuc hodie vera eit Ieremiz nenia, Threm. 1. v. 7. viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbathum eum, in qua S. Gregorius: hostes sabbata videentes irident, cum maligni spiritus ipsa vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahunt.

Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea: quantoperè oderit, Malachias exponit differentiæ super vultum vestrum sacerdotum solennitatum vestrum. quantopere oderit, ex ore Ezechielis collige: Sabbathum meum violauerunt vehementer, dixi ergo, vt effundam furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos. propter alia peccata stillat furor Domini, at propter hoc effunditur: quantopere oderit, testantur Sol & Luna, quæ in parasceue obscurata sunt, cum suum iudicij pascha inhearent, vt orbi vniuerso constaret, non esse illud pascha Dei, sed pascha hominum, imò dæmonum, quo filius Dei crucifigebatur. hæc est enim hora vestra & potestas tenebrarum. extinguantur itaque magna cœli luminaria, quæ signa esse solent festiuitatum; vestras vespaces & lucernas accendite, hæc est hora vestra, ego meos retraho ignes, nè bono pascha vestrum oculo videar alpexisse. proinde grandis illius eclipseos præcipua causa iuxta Ruth. 10. Amos, quia tantum celus iudicij in festiuitate sua, que pertinet propter commiserant. Multis vix Sol & vlsura lucis ante temporis interit, quia dies festos non sanctificare, sed conspurcare ausi sunt. Non mea sed ardentissimi Vincentij Ferrerij hæc est oratio, rationem efferentis, cur tot ante decrepitam ætatem funerentur: dicit Dominus: vos auferi mihi tempus meum, ideo à vobis ego auferam tempus vestrum. istâ ratione veniunt mortalitates, quia illi qui debebant vivere quadragesima vel sexagesima annū, morientur cras: miramur in abundantiam imbrum, aut nimiam æstus vehementiam, aut avaritiam pestilentiam, has omnes calamitates procurauerunt ijs, qui Dominicos festosque dies non curauerunt. si licet Sabbatho curare.

Talionem reddit Deus improbis, hi enim teste Davide ps. 37. v. 8. dixerunt in corde suo. quiescere faciamus dies festos Dei à terra, seu vt apud Lorinum alij vertunt: incendamus omnes dies festos Dei. quia videlicet apud malignum triplicis concupiscentiæ focum festorum tempus comburitur, vt ex ijs nihil supersit, nisi fulmus

S. 7.
odium vias.
num in viola.
tores festorum.
Malach. 2.
v. 3.
Ezech. 20.
v. 12.

S. Vincentij
Ferr. tone.
2. fer. 6. post
cineres.

S. 4.
Pana diuinæ
in eodem.

mus superbiæ, & cini luxuriaz, idcirco Deus vicissim combu-
rit vitæ illorum tempus, ut euangeliant sicut sumus, & in cine-
res opinione suâ citius resoluantur. pleni sunt tragicis exem-
pli libri eorum, qui propter festorum combustionem igne sunt
puniti. Petrus Damian. serm. de S. Ruffino testatur quosdam
Assisianates Sancti sui Indigetis diem ruralibus profanasse labo-
ribus, ideoque exortum repente in ipsorum ædibus ignem o-
mnia corripuisse, & quamvis erupta incendio supellec in vici-
num profuentem abiecta fuisset, non tamen sopiri æstus potu-
it, quinimò ignea quædam exurendi potestas aquæ fuit colla-
ta, vt mersam exureret supellecitem, donec ad Sancti Ruffini
cineres reus populus accurrisset. In vita S. Ottonis Bamber-
gensis Episcopi lib. 3. c. 29. legere est, mestores in festo S. Lau-
rentij igne colesti absterritos sanctius feriari didicisse. lapis
enim cœlo ignis segetem omnem cum messam tum metendam ab-
sumit. Diuus Gregorius Turonensis lib. 1. de gloria mart. c.
15. scribit mulieris cuiusdam manum, eò quod die Dominico
pinsuisset, diuino igne protinus succensam fuissa. nec manus
tantum, sed totum corpus, nec unius duntaxat feminæ, sed po-
tissimi populi propè Lemouicos, teste eodem Gregorio lib. 10.
exemp. c. 29. conflagravit ob irreuerentiam diei Dominicæ ille
latram. cum enim plurimi publicam exercerent operam, dela-
plus cœlo ignis plerosque absunt. igne puniuntur festorum
profanatores, quia hoc peccatum, cum sacri temporis furtum sit,
sacrilegorum supplicio merito est multandum: igne comburun-
tur, quia dies festos Dei incenderunt. igne puniuntur, vt ser-
uet iustitia poenam ore Ieremie propositam c. 17. v. 27. si au-
tem non audieritis me, ve sanctificetis diem Sabbati, facciendam ignem in por-
tu eius & deuorabit domos Ierusalem, & non extinguetur. Expediret
scandalosis eiusmodi festorum transgressoribus molam asinariam
in collum suspendi, demergique, non quidem in profundum ma-
ris, aut præterfluum vrbi nostræ amnem, sed in fluum Sabbathi-
cum, de quo Iosephus & Plinius testantur, quod per sex dies
fluat, septimo quiescat, & alueum siccum relinquat. obseruat
Sabbatum fluuius, & die quietis cessat fluere, nec adhuc cessa-
bit Christianus Dominicos festosque dies seruilibus infestisque
negotijs

Ioseph. 1. 7.
bell. c. 24.

Plinius l. 31.

6. 2.

negotijs transfigere, adeoque flenda & luenda committere?
Iudæorum sanguinatum odium in Salvatoris nostri inno-
centiam ex eo capite Theophylactus exaggerat, quod die festo
eisdem necem machinari ausi sint teste S. Ioanne c. 7. v. II. qua-
rebat eum in die festo, non poterant nequitæ suæ luculentiora e-
dere specimina, quæ quod à neeis inferendæ proposito nec
sanctitas festi eisdem reuocarit. considera quæ audi fuerint ea.
du, cum neque per tempus festivitatem illi parcerent, sed venerari illum re-
lobant, ideo & quarebant festis diebus Christum persecuti, hoc enim
vero manifestum extremæ malitiae erat indicium. quarebant eum
in die festo, quid de multis Christianis dicendum, qui festis po-
tissimum diebus Christum velut canes venatici querunt & in-
dagant, ad nouam ei mortem per mortalia quæ moliuntur fe-
ltera inferendam, denud crucifigentes in semetipsis filium Dei.
considera quæ audi sint cædis immortali Dei filio inferendæ,

qui venari illum per diem festum volunt.
Hubertum venationi festis diebus perditæ addictum cœruis
insecutus est, Crucifixi effigiem cornibus præferens, ex quo at-
ticulata hæ voces prolapso: nisi conuertar ad Dominum Deum tu-
um. descendes velocius ad infernum. o quot hodiéque vox eadem
perstringit, eadémque tangit comminatio: nisi conuertaris ad
Deum creatorem & redemptorem tuum, eisdemque erga te be-
neficia accuratis expederis, velocius ad tartara descendes.
Ita descendit nobilis ille, de quo Pinellus scribit, quod Mis-
sam diebus festis facere solitus fit missam, visitandis potius præ-
dijs suis & obequitandis agris intentus; & quamvis vxor im-
minentis præsaga supplicij sp̄iūs illum commenuerit, vt san-
ctificaret Sabbathum, adiret Ecclesiam, interesset diuinis; sur-
do tamen canebaratur fabula, reponente semper marito: scire se
quid magis expediat. sciuit omnino irreparabili suo edocitus
damno nobilis, quid sibi magis expediisset, ad aram, an ad ha-
ram pergere; cùm enim Dominica die pro more ad villam equi-
taret, factus illi obuiam in specie villici diabolus infelicem
herum ad profundam fossam adduxit, in eamque vñā cum equo
precipitem deturbauit. an non hoc erat velocius ad infernum
descendere? Eadem postā ad inferos nuper properauit nobilis

D 3

in Pez.

L. 5.
Indærum ma-
litia inde elu-
cescit, quod di-
ebus festis Chri-
stum infestâ-
rint.S. 6.
Plura exem-
pla tragicis.Pinellus l. 2.
de miss. c. 2.

in Peru, solitus Dominicis festisque diebus spatiatum equitare, spectosam videlicet viam, quā itur ad Orcum, inquirebat, quam etiam suā citiū opinionē inuenit. Occurrat enim equiti dæmon atro & ipse vester equo, detraxitque equo nobilem, & in suo composuit vna ad tartara deuachendum, adiecto falso hoc celestismate: quia noluisti audire Missam in Dei templo, audies extemplo lamentationes cum dannatis in inferno. Dixit, dictoque citius infelicem festi violatorem ad inferias celebrandas aportauit. audite hæc, qui Dominicis festisque diebus tempore diuinorum spatiari in hortis, vel conuenire in cauponam, vel suspecta frequentare conueanticula soletis: Nisi conuertamini ad Dominum Deum vestrum, velocius ad infernum descendetis. Animaduertite miseri, dies Dominicos festosque institutos esse, vt debitum Deo præstatut obsequium, placetur nomen offendit, auertatur immiaens supplicium, noua gratiarum subsidia à proprio Deo impetrantur: at vos committendo de helliendo, luibus, saltibus, locis, fabellis Dominicum diem exigendo, non placatis Dominum, sed irritatis: non exoratis ventam, sed provocatis vindictam: non trahitis ad beneficia, sed ad inferenda supplicia impallitis. Dicendum nobis cum libertate est, Chrysostomum resero, non est hoc fratres festi uitatem Dei colere, sed coquinare: horum letitia non est placans Dominum, sed exacerbans. centum & sexaginta octo horas habent in hebdomada, vnam horam, sumum tres, sibi segregauit Deus ad tam nobiles festi: ut tremendo misse sacrificio testemur non esse creaturas, ipsum verò ut Deum nostrum adoramus, ut eisdem misse oblatione agamus gratias, pro tor existimis benefiūr, ut recolamus memoriam vita & passionis Christi, ut satisfaciamus pro nostris & aliorum peccatis, ut nouas gratias impetreremus, & hanc in opere secularia & ridicula & conuenticula insumis & non manebimus: hæc impunita flagitia, non sic abibunt odia. Præmonet Iustitia diuina: vide ut Sabbathum meum custodiatis, quia ego Dominus, qui sanctifico vos, qui polluit illud, morte morietur. non si n'licet mortis reus est, qui festa violat, sed duplicitis; morte morietur. morte subitanè & improuisa morte in tempore. morietur exquisitissimis tormentis in calamitosissima aeternitate. morte morietur in flore etatis, in constitutione vegeta corporis, in medio tem- portis

S. Chrysost.
sem. 3. de
Luch. & Nom.
10. in Gen.

Exod. 31:
v. 14.

paris cadat in sepulchrum, qui die Dominico aut festo Iesum querit ad nouæ crucis supplicium. Accidit ante sexcentos, & quinquaginta octo annos, videlicet anno Christi 1021. vt in monte Caluarie supra S. Simeonis aram epistola coelo lapsa in aere prodigiosè per triduum penderet. Spem inter metum- bus, quodnam coelop nuncium afferretur. post seruentes tandem preces Patriarcha Malachias literas aperuit, earumque tenore prælegit: pluer Deus seruenti aqua ex saxu de calo, immitter terræ bestias, puniet igne Sodomiticis, si capti impietate dñis Dominicis concaminare perrexerit. heu quanta Cœlitum in nos diræ, si Sabba- tum sanctius non agimus! quid si & super hanc urbem eadem decreta iam sint supplicia, nisi temporis resipiscimus, & maiori, quam hastens Spiritus seruors sacros Deo cœlitibusque di- es celebramus?

Dixi paris malitiaz cum iudæis esse, qui festos dies violent: at erravi! non paris, sed maioris malitiaz quam iudæi, quid dico? quam dæmones sunt, qui tertium Decalogi & secundum Ecclesiæ præceptum liberè transgrediuntur. Noluerunt iudæi Christum occidere die festo, sed Pilato iudicandum crucifigen- dumque tradiderunt, quia erant dies Azymorum. dicebant autem: non in die festo né forte tumultus fieret in populo Matth. 26. v. 5. vi- de quantâ religione, ait Chrysostomus dies festos agebant iu- dæi, & non sunt ausi religionem dierum festiuorum violate.

it tu Christiane Christum denuo totiesque die festo crucifigis, quot lethalia crimina committis. Horret animus dicere, dicam tamen quod punct. 18. scripsit Iosephus Speranza: Christiani violantes dæmonibus sunt deteriores. hi enim christia- nitatis initio non valueré festis diebus immorari in obsecorum corporibus, sed in infernum se receperé feriantes festo die. iam vero à pseudochristianis festis potissimum diebus reuocantur, ut animas possideant, nec habent ullum tempus magis oppor- tunum, quam dies festos. Mira multorum insania, exclamat Ora- tor Seraphicus Bernardinus, mira multorum insania! per rotam se- nianam laborare pro misero corpore, in die festo laborare pro damnatione infelici anima, laborare pro perdendo pretio sanguinis Iesu Chri- sti, la-

s. 7.
Violatores
fætorum peto-
res iudæi, &
mō demonibus

S. Chrysost.
hom. 86 in
6. 27. Matth.

S. Bernard.
Senens. in
Dominie 1.
Quadrages-
mz.

PHILIPPICA LI.

si, laborare pro cruciatibus xternis, imò & temporalibus in fortunis: ex fraude enim festiuitatum inquit S. Vincentius Ferrierius in Dom. 2 pasch. veniunt siccitates & mala innumera, quæ omnia felicissimè ab hac vrbe auertentur, si maiori cum sanctitate Dñni festique dies in posterum transigantur.

PHILIPPICA LII.

In vagos pœnitentes.

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN

Cuius filius est? Matth. 22. v. 42.

S. I.
Cur Christus
tantoper pro
fuerit boni-
tate natali-
um velaris.

Cur questionem cœlestis Magister Phariseis de auis & atæ vt zelum suum erga Natalium honestatem ostenderet. hinc & Maiores suos à geminis Euangeliis Matthæo & Luca re- ferri voluit, & ab hoc quidem ductæ generationis linea usque ad ipsum Adamum, vt aduersarijs os obstrueret mutiendi contra Majorum suorum splendores. Et quia nus de virgine nasci dignatus sit, hæc tamen despontari debuit, né ut illegitimus reputaretur, ac proinde à Iudeis vt Messias non acceptaretur. quid S. Ambros. iudei (verba S. Ambrosij) quid Herodi posset adscribi, si natum videretur ex adulterio persecutus quasi dicat, sufficientem causam habitu- ros fuisse iudeos repudiandi Christum, si illegitimo natum tho- ro suspicati potuissent. Quodsi tanta natalium cura est Christus, quæd magis accurare debet Christianus, vt certi Patris secundum spiritum sit filius, cui videlicet per regenerationem pœniten- tiae ex integro notus, non verò vagus pœnitens inque spir- tu nothus sit. Si enim indecorum est Nothum esse secundum car- nem, longè turpis magisque noxiū erit ignoti Patris Confessarij esse filium, neque certum ad hanc questionem dari pos- se responsum: cuius filius? sed secundum veritatis leges omnino

S. Ambros.
iudei. L. I.
C. 5. q. 18.

Dominica XVII. post Pentecosten.

respondendum esse, imò propria ex confessione euinci: Patris N. N. Non noti esse filium, seu Nothum. vagos eiusmodi pœnitentes, dum hodierna persequitur oratio, constanti vt orationem benevolentia prosequamini, oro, speroq;

Quam exosi & coram Deo hominibusque despecti in vtrahus lego veteri & noua sint spurij, liquet ex textibus sacri codicis. Spurijs enim, nec ad officia politica patescere debet accessus, vt Iurisperitis notum est; quin & suam Deus misericordiam iisdem derogat: filiorum eius non miserebor, quia filii fornicati sunt Osee 2. v. 4. Non est misertus spurio Dauidis, et si pœnitens Pater septem diebus humi iaceret, oraret & ploraret pro vita parvuli; cuius culpa non fuit nasci, pena tamen futurum incerti patris faciunt filios.

Maximum in Scriptura opprobrium est spuriū appellari (fortè & ideo Dauidicus sublatus est nothulus, nè cognomen ignominiae eidem adhæreret) vnde de Goliatho satis erat dicere Spuriū fuisse; & Daniel geminos moechos semen Chanaan & non Iuda vocitasse sat habuit. Iratus in amabilem Jonatham Saul turpiori conuicio innocentem filium afficere nesciit, quam compellando mulier ultra virum rapienti. Reg. 20. v. 30. quin & grauissimum scelerum, quod est idolatria, fornicationū titulo passim apud Prophetas cognominari solet, quasi opprobrium extremum sit filium fornicationis vocari. Mitissimus queque Salvator ac Præcursor eius Baptista cum grauissimas in iras exarsero, inimicos Verbi & Crucis Dominicæ iudeos gentem adulteram ac genimina viperarum appellauérunt. Ex quibus faciliè apparet, si tantum probrum est, spuriū appellari secundum carnem, quæ tamen non predest quidquam, quanto maior ignomina est. Spuriū esse secundum spiritum, incertumque spirituallis virtute suæ Patrem habere.

Alexander Magnus quia ex adultera à Philippo genitus fu- erat, vocari se voluit non Philippi, sed Louis Hammonij filium, Magnus cup- verlam in hoc ipso se prostituit, quod non alium leuem quam Hirculus dicitur, Hammonium elegerit, quia Hammonius in specie Hircu colebat, Hammus enim Ægyptiorum lingua hircum significat, id est que

S. 2.
Si Spurijs in-
fames, multò
magis Vagi-
pœnitentes.

S. 3.
Alexander
Magnus cup-
verlam
Hirculus dicitur
Hammus.

que Alexander à Daniele c. 8. v. 5. *Hircus appellatur tanquam spurius; solebant enim antiqui nothos caprarum filios vocare, quia capra varijs iungitur maribus. Si hædi dicuntur, qui secundum carnem incerto patre geniti, quam vereor, nè in periculo sint, ut hædorum numero & nomine insigniantur, qui in certum spiritus sui Patrem sequuntur. Certè vix aliud motuum habent Confessarium toties mutandi, quam quod ijs obnoxij sint virtujs, quæ in hædo symbolice significantur, luxuriaz & iniuititiz. hædus enim quia herbas radicibus depascitur, iniustitiz est symbolem; ob teotentissimam verò luxuriam adeo breuis est zui, ut ante sextum annum, teste Columellæ, conuenientur, qui nunc sunt Hammonij, per confessionalia vagi, nulliusq; certi Confessarij stabiles filij.*

Maiores melioresque Alexandro Magno Principes Christiani, ne Hammonij dicerentur, omni studio accurant certum ac stabilem habere Confessarium, quem Patris loco ducerent ac deuenerarentur. Pipinus Rex teste Baronio ad annum 631. S. Viironem Confessarium non nisi nudo capite & pedibus adibat. Ferdinandus II. Angelo potiorem ducebat, & sicut non facile mutantur Angeli Custodes, ita nec Confessarium censemebat defacili mutandum. huic cum sedes decesset ad excipiendam confessionem, & Imperator apportare, renuente licet Sacerdote, satageret, evicit Austrica Pietas ita concludere: Mi Pater, hic tu iudex, ego reus. Carolus V. Confessarij sui Petri sepulchrum quoties transit, caput aperuit & profundè inclinavit, ut Consilio Ecclesiastici abundantius obsequeretur: presbytera humilia animam tuam. c. 4. v. 7. S. Carolus Borromæus, ultimo vite sue mense Confessario suo Patri Francisco Adorno manè lumen accendebat, transiens verò profundè capitis inclinatione licet dormientem venerabatur, multò autem maximè à nutrī eius dependebat, quia salutem inde animæ sue dependere putabat. sicut reuerā dependit S. Therese Virginis, quæ, vt ipsa met describit c. 32. vite sue, vidit paratum sibi in inferno illum, si ita viuere perrexisset, et si enim nunquam mortaliter deliquerit, nihilominus, quia à Confessarijs ignatis decepta ver-

nialia

nialia contempsit, proxima fuit lapsi, marsh in hac facitate ait illa in c. 5. credo plusquam septendecim annis, donec quidam Patronus Dominicanus valde doctus mihi aperuit oculos in aliquibus rebus, & illi ex sociate Iesu totaliter mihi insuferunt tantum timorem, aggrauando adeo mea mala principia.

Errant in primis Christianæ institutionis principijs, qui per creberrimam Confessarij mutationem assecurare se suam spētant salutem, errant inquam in institutæ à Christo pœnitentiaz principijs, cuius videlicet finis & intentio fuit Confessarium constituere ut Medicum, ut Ludicem, ut Consolarium, ut pium Samaritanum, ut prouidum Patrem. Medicum enim agere iubetur Confessarius, & iuxta Ezechielis effatum consolidare quod infirmum est, sanare quod ærotum est, alligare quod confratum, reducere quod abiecum, & quod perierat querere; & quomodo queret, reducit, alligabit, sanabit, consolidabit, si patiens seu pœnitens Medicum constantem non admittat, sed alium aliūmque pro insano suo arbitrio requirat? quod medicus ignorat, medicina non curat, nec certius est mortis periculum, quam crebra mutatio medicorum. Sapuit, qui dixit: sicut multi Coci destruunt iuscum, ita variati Confessarij pœnitentis animum. Judicem deinde opus habet agere Confessarius: & quomodo certam proferet sententiam, si totam pœnitentis conscientiam imitus non perspiciat, nesciatque, quæ peccata ex inueterata consuetudine, quæ ex præpostero seruore humanaue fragilitate à pœnitente soleant perpetrari? Nec Consolarium bonum pro ratione muneris sui aget Confessarius, si pœnitentis statum, quem ipse consultò celat & obuelat, luce clarius meridianâ penetrare atque desplicere non possit. Si Confessarius bonum Samaritanum suè custodem obire debeat, an non miseri viatoris status detegendus, palpanda & inspicienda vulnera, totiusque mali radices obseruandæ sunt, ut tantum olei ac vini, quantum vulnerato ad lenimen & medelam sufficit, salubriter infundat? Denique Patrem se exhibere non poterit erga filium, quem suum filium non agnoscit. Ex quibus abunde patet, quam parùm menti Salvatoris sui correspondant, qui Confessarium perpetim mutando iactitant illud: vñq;

s. 4.
Vagi pœnitentes praefixa à Christo pœnitentia finem non sequuntur.
Ezech. 34.
v. 4.

Christus est omnino ubique Christus, sed non tibi Christus, non tibi salus, non tibi consolatio, non tibi utilitas. De vagis enim paenitentibus Paulinum illud verificatur: Christus vobis nihil proderit.

Gal. 5. v. 2.

Genuini paenitentis personam egit leprosus ille, qui Christo de monte descendenti occurrens diuinam clementiam hisce verbis exorauit: *Domine si tu potes me mandare! remisi illum Christus ad Sacerdotem inquiens: vade, ostende te Sacerdoti Matth. 8. v. non sine mysterio Episcopus animarum nostrarum Iesus leprorum non ad Sacerdotes, sed unum ad Sacerdotem abiit iusfit, ut doceret, saluti comparandæ apprime conducere unum constantem habere Sacerdotem, cui interior animi lepra candidate ac fideliter detegatur: vade, ostende te Sacerdoti. Et quamus idem Saluator decem leprosis sanitatem postulantibus & diuini preceptoris opem inclamatibus: Iesu preceptor miserere nostri. præcepit: ite ostendite vos Sacerdotibus Luc. 17. v. 14. non unum ut prius, sed plures nominando Sacerdotes, non tamen idcirco pluralitatem Confessorum suavit aut præcepit, sed multis multis Confessarios, unum vincitique eligere & frequenter sapientissime consuluit. quemadmodum enim paenitentes omnes ad unum cogendi non sunt Confessarium, ita neque singularis plures sunt consulendi, sed ut Seraphica Theresia, cuius doctrinam coeleste vocat pabulum Ecclesia, monere solebat: diligendus est Confessorius ex millibus unus, & quo ad eius fieri poterit præ millibus retinendus. hic enim si vilibi rectissime locum habet illud Senecæ consilium: Elige, postea dilige.*

*9. 5.
Tragicum e. exemplum agi paenitentie.
Terribile est effatum Sapientissimi Sanctissimique cuiusdam Ascetæ aseuerantis: qui Confessarios perpetim mutat, idem facit, quod qui equos mutat, ut in posta citius veniat in infernum. Per hanc postam properauit Vsurarius ille Parisiensis, de quo testis oculatus Pater Ioannes Lorinus, qui eodem tempore Parisijs altiores disciplinas profitebatur, enarrat, reiectum illum Parochio urbis alijsq; doctis ac pijs Confessarijs propter notoria quedam scelera, & serij propositi defectum à sacro paenitentia tribunali fuisse. vagabatur proinde in incertum, & nunc hoc nunc illo, nunquam eodem Confessario ytebatur, do-*

nec tandem in Cœnobitam nelio quem incidit, à quo abolutionem à peccatis liberalissime obtinebat, idoque Sacerdos ille propè indies tanquam exquisitus Confessorius opipare mensæ apud Vsurarium adhibebatur. Accidit aliquando; ut solito liberalius unâ cœnarent, iamque fero vespere religiosus domum, Vsurarius cubitum concesserat, cum ecce subita & improvisa mors infelicem Vsurarium opprescit, & illi duo dæmones, epheborum speciem induiti ad fores Monasterij aduolarentur, libertinum hunc Confessarium ad paenitentis sui agonem euocantes; mirabatur is primum repentinum periculum, tum maiores in periculo moras esse audiens itineris accinxit. in forum urbis Confessarius tuo cum socio iam converat, & en Vsurarium in talari tunica inambulantem conspicit, queritque, cur se fallat & ioco habeat? nihil hic ioci, inquit defunctus, iam enim immortalibus accensus, apud iustum Iudicem accusatus, iudicatus, & ternisque ignibus ob Vsuras ac Potissimum sacrilegum Sacramentorum usum iustissime addictus sum. Cuius damnationis meæ cum tu vecordissime Confessarie pars magna fueris, quodd feueriis increpare me neglexeris, ardebis una socius poenæ, qui particeps fuisti culpe. Quod dicto immanni hiatu terra panditur momentoque citius ambos cum geminis ephebis absunt, socio religioso præ horrore tantum non exanimato. qui ubi ad se domumque redit, vniuersa quæ dixi ex ordine, interposito iureiurando, ne de veritate rei dubitari possit, fideliter enarravit. Timeant vagi paenitentes, ne in eandem aliquando foueam prolabantur! Augusti S. Aug. lib. de vera & falsa poenitentia c. ro.

Nec difficile est vagos eiusmodi paenitentes cadere in foueam, cum cæci sint (à proprio videlicet excæcati amore, à quo non finuntur constanti adhædere Confessario) & cœcorum duces è vestigio sequantur. Placet scire qui vagorum paenitentium sint duces? ex sequenti historiola patebit, quam refert annales Belgici ad annum Christi 1589. Mulier rustica e normis ac inueterati cuiusdam criminis stimulis agitata, immo- dicis auebat desiderijs onys conscientiae sua apud certum Con-

fessarium deponere. Illius causa Tornacum venit, exomologis
sin peregit, audijtque Confessarij sui consilium suadentis, vt de
omnibus vitæ præteritæ noxis integrum institueret confessionem;
quam dum mulier apparat, ecce tibi diabolum mulieri adstitem,
& dehortantem, ne ad pristinum redire confessarium, sed cui
cui vellet, mentis suæ arcana retegeret. Suspecta quidem mu-
lieri fuit suasio, nihilominus anno penè integro secum luctata
est, noua semper nouaque suggeste dæmone argumenta, qui-
bus ad priorem redire Sacerdotem vetabatur. Euicit tandem
melior Spiritus, deditque mulier se in viam ad primum suum
Confessarium accursura: occurrit autem mulieri dæmon speci-
ciem Sacerdotis ad quem illa properabat mentitus, & obuiam
interrogauit, quò pergeret? non vacare nunc sibi confessionem
eius excipere, abiret ocyüs domum, & vice aliâ secundiūs re-
diret. redijt secundò & eundem impostorem habuit obuium,
eadem quæ nuper suadentem, donec tandem illustriori diuini
Spiritus allapsu animata, veternoſi colubri dolos superauit, &
Sacerdotem illum, quem dæmon adire veterat, anno iam ver-
tente conuenit, ac conscientiam suam integerimè non sine ca-
lidissimis lachrymis ardentissimisque suspirijs emaculauit. Vi-
den! cuius consilio ac ducatu friuolis de causis mutentur Con-
fessarij, vt facilior & celerior in foueam & ruinam pateat via!

s. 6.

Vagi pan-
tentes Caino
& energume-
no Lunatico
perfimiles.

Ve illu exclamat contra vagos poenitentes D. Apostolus Iu-
eandem cum Caino metam, æternum videlicet exitium serius a-
ut citius perueniant factus est Cain sponte & culpâ suâ vagus &
profugus super terram Genes. 4. v. 8. vagantur & profugunt pari-
ter leuiculi poenitentes quasi de tribu Leui, aut Cingarorum pro-
sapia, imò Caini sanguine prognati essent, dumque multos quæ-
*runt Patres, nullum inueniunt, à quo solidum inueniant solati-
um ac optatam peccatorum remissionem consequantur, eò quòd*
serijs doloris, aut firmi propositi, vel integræ confessionis dete-
ctus, ob quem Confessarium toties variant, irritam reddat Sa-
cerdotis, quam in vagum poenitentem protulerat absolutionem.
Marc. 9. v.
20. Allatus erat à moestissimo parente ad duodecim Apostolos ador-
Iescens energumenus, quem nunc in ignem modò in aquam po-
fessor

sellor diabolus iactare consueverat, vt expulso iniquo hospite
quietem adolescenti Patrique gaudium conciliarent verum ne-
quit vis Apostolica dæmonem ex adolescenti expellere, donec
ad ipsummet Christum miserans iuuenis fuisse depositus, sup-
plicibusque votis efficax aduersus dæmonis vires remedium im-
ploratum. interrogauit proinde Christus parentem, à quo tem-
pore filius hoc malo teneretur & ab infancia respondit parens, &
hoc erat quod Apostoli nescierant, ideoque energumeno so-
spitatem dare non valebant. Nesciri id ipsum vagi poeniten-
tes volunt, quod ab infancia hoc vel illo scelere teneantur, at-
que ab impuro Spiritu nunc in ignes concupiscentia, nunc in
aqua lubricitatis ac molitiei projiciantur. permanent proin-
de lunatici dæmonumque serui nequa à confessario persanari
possunt, cum ex integro malum inueteratum non detegant, nec
poenititudinem seriam apportent. Sed dices: inuincibilis pu-
dor est, cum ijsdem sceleribus ad eundem Sacerdotem toties
redire, aut post fortuitum in grauius aliquod scelus prolapsum
pristinam innocentia tamam ac fauorem Confessarij deperdere.
Quid? insanus iste pudor est, apud plures confundi velle, ne
apud unicum & prudentem amantemque Patrem non tam con-
fusionem, quam teneram compassionem super infelicitate ac fra-
gilitate omnibus agnata promere. insanus iste pudor est ad
delicti confessionem erubescere, atque ad eius perpetrationem
non erubuisse. insanus iste pudor est, magis hominem, quam
conscium omnium oculum reuereri, malleque incerti patris fi-
lium ac individuum vagum audire, quam nè ab auditione mala a-
liquando timere habeas, certum constantemque confessarium a-
dire. Non ita filius prodigus qui vt in se reuersus pristina a-
gnouit flagitia, in hæc erupit verba: *ibo ad patrem meum!* non ad
alium quam meum adibo Patrem & dicamer: Pater peccavi, vt
ex sincera peccati confessione non confusio sed germana gloria
enascatur, est enim confusio, imò confessio adducens gloriam.
ibо ad patrem meum, in clamat enim Apostolus: *sed non multos* *Lue. 18.*
Cor. 4. v.
Patres. ad meum ibo, vt legitimum me filium comprobem & pri-
mam gratia stolam recipiam. dicat dicat quod libet, dicere cer-
te debet, me hominem esse, imò quod à lapsu resurgam forti-
or ac

or accaptor, me p'usquam angelum esse. Surgam ergo & ibo,
nisi enim ad Patrem meum stabilem inquam confellarium iuero, vix
a veteri lapsu serio resurgam.

PHILIPPICA LIII.

In Blasphemos.

DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

Hic blasphemat. Matth. 9. v. 3.

S. 1.
Blasphemia
Lapis Chry-
sostom. 2. de in-
camp Deina-
tur.

Quod Ecclesiasticus c. 27. v. 18. dixit: qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet, exponit S. Chrysostomus de blasphemis: lapidem qui sursum iacit in excelsum, in suum caput iacit corpus coeleste nemo iactu potest attingere, plagam autem tuo capiti solet excipere, qui lapidem mittit in altum, cum lapis eodem redeat, unde electus est ita qui beatam illam blasphemari substantiam. in blasphemum olim lata lex Leuit. 24. v. 14. lapidetur cum populus, cur lapidandus est respondet Procopius in glossa: quia uerat quasi lapis, lapidibus merito obruitur. cur lapidandus? vt sciat se lapidem in celum misisse, & a reciduo lapide vulnerari. Lapidem in altum misere iudxi, cum de Filio Altissimi dicerent: Hic blasphemat: quo quidem dicto Lapidem illum angularem Eph. 2. v. 20. Lapidem abscessum sine manibus Dan 2. v. 34. Lapidem sumnum, angularem, pretiosum, 1. Perr. 2. v. 6. minime obtrueretur, sed ab eodem contriti, & aeternae damnationis calculo mactati sunt. in quem lapidem ne & nos contingat impingere, cautiliorum damno discamus non blasphemare.

S. 2.
Blasphemia
quid & quād um
grauis su.

Blasphemiam definit Suarez verbum conuictum seu contumeliam in Deo quid & quād um, quod vel à Deo remouet, quod non Deo conuenit vel attribui: Deo quod non conuenit. & hoc peccatum sine dubio gravissimum est iuxta S. Bernardini considerationem, quia in alijs peccatis nullus intendit diuinam offendam, neque intendit se vindicare de

Dicitur

Dominica XVII. post Pentecosten.

Deo, siue committat homicidium, siue furtum, siue adulterium, imò potius cuperet homo eiusmodi operari ita, quod non offendere Deum. at verò in peccato blasphemiae directè Deum impetrare temerarius homo præsumit. Merito proinde contra blasphemiae crimen scriptit D. Hieronymus: nihil horribilis blasphemia, qua ponit in calum os suum; omne quippe peccatum comparatum blasphemiae, leuius est. consentit maximo Doctori Orator Antiochenus: non est, non est, hoc peccato maximo deterius, sed neque par nam in eo & accessio omnium malorum est, omnique confusio, inexpiable supplicium & intolerabilis pena. Michaël cum Lucitero contendens, non est ausus iudicium inferre blasphemia teste A. Postolo Thadæo, quia, vt habet glossa, naturam in eo viderat angelicam licet contaminatam & rebellem, si ergo angelus angelum, Michaël Luciferum, hostis hostem blasphemare non audet, quā fronte, quā ore, quā insolentia homo Deum lacef sit?

Hugo Cardinalis in illud Eph. 5. v. 3. nec nominetur in vobis hic inquit purpuratus Doctor, prohibet Paulus blasphemias, que sunt loquela impiorum. loquela demonum est lingua blasphemie. Reprobi cantant cum praecentore suo, Maledicite, sicut boni, Benedicite. & sicut per bonos loquitur Spiritus Sanctus, ita per blasphematos spiritus malus. in celo primus ille blasphemauit: ero simili altissimo Isaïe 14. v. 14. in terra itidem Gen. 3. v. 5. sicut Deus: erit sicut Dñs, vbi Deum & inuidiaz arguit & mendacij. De blasphemis Christus dixit Ioann. 8. v. 44. vos ex Patre Diabolo esis. solet homo, ex qua patria sit, per loqueland cognosci, vt obseruat D. Ber-

S. Bernardin.
Senens. de
pass. 10. I. ser.

41.

nardinus Senensis: cognoscuntur Gallici ex loquela sua, Alemanni ex sermone suo, Itali ex idiomate suo, sic & reprobi homines ex blasphemis suis. omnes infernales, o tartarei ciues, o consocii inferorum! cuilibet restrum dici potuit, quod dictum est Petro: vere tu ex illis eras. omnes namque blasphemorum lingue demonum fistula vel ora sunt. hæc Barnardinus. cui consonat illud D. Hieronymi interpretantis verba Iobi: de ore eius natus in Iobi lampades procedunt: blasphemii os diaboli sunt. & Hugonis Cardinalis in c. 8. prou. isti propriè sunt Apostoli diaboli, & dici de ipsis potest: loquebantur variis linguis pseudoapostoli magnalia diaboli. merito proinde Ioannes Gerson affirmauit: blasphemia est idioma infernali inimici. De Antichristo homine peccati, vt ait Apostolus, prædictum Iohannes Apocalypticus. datum est ei os ad loquendum blasphemias. à quo os ac-

Ioan. Gerson
tr. 4. confid.
2 2. Thessa-
lon. 2. v. 3. A-
poc. 13. v. 5.

F

os ac-

PHILIPPICA LIII.

S. Bernardi
nus. serm. 4.
com. 8.

¶ 4.
Praeblasphem
orum.

os accepit à patre diabolo, cuius est filius, suntque extra con-
trouersiam fratres eius omnes blasphemari, contra quos iterum ex-
clamat & repetit suum illud D. Bernardinus Senens. nibil horri-
bilis blasphemia, que ponit os in cælum! à diabolici homines! o incarnati da-
mones! non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendant in in-
fernū ps. 413. v. 17. hi sunt blasphemari, ait Incognitus hi, qui
manducant linguis suas præ dolore Apoc. 16. ibi dracones bla-
phemantium labia vorant, inquit Ioannes Cassianus.

Ponderemus proinde culpæ grauitatem ex diuina humana-
que poena. Lex nulla, inquit Procopius in 24 Leuit. per annos
bis mille quadringentos posita fuerat, quā plecteretur blasphem-
us, quod vel cogitari de hoc crimine non debuerit, vel suffi-
cens poena proponi non potuerit. Posuerunt deinceps poenam
homines non modo fideles, sed & infideles. Mahometus enim
infidelissimus canis. (vt eum vocat & verba sequentia consignat
S. Bernardinus tom. 1. serm. 41.) in Alcorano suo præcepit, quod
quicunque Deum & Christum & etiam B. virginem blasphemare,
medius diuideretur. In Gallijs lex teste Nicolao Boario
statuta est, vt qui primā vice blasphemat, puniatur vnius men-
sis ieiunio in pane, & aqua, & exponatur ludibrio, licetaque lu-
dio impetrere vñq; ad tertiam pomeridianam. secunda vice abse-
datur labium superius, tertia inferius, quartā eradicetur lingua.
Iustinus Imperator primo Imperij anno statuit linguam radicitus
blasphemo euelli. in Concilio Lateranensi less. 9. sub Leone
X. celebrato decretum est, vt blasphemus nobilis primā vice
viginti ducatos persoluat; si recidat in crimen, quinquaginta
pendere iubetur, tertio priuatur omni nobilitate. plebeius pri-
mā vice ad carceres ablegator, secundā cum mitra infami tota-
die stare ante fores Ecclesiæ iubetor, tertia ad tritemes aman-
dator. Pius V. bulla 55. statuit blasphemum primā vice allig-
ari ad fores Ecclesiæ manibus post terga reuinctis toto die fello-
secundā vice suffigari per ciuitatem, tertia excindi linguam,
mittique si superfluat ad tritemes. Iustinianus imperator in Au-
tentica: vt non luxurientur homines. nouellâ 77. ita habet: precep-
tus Prefecto regie ciuitatis ultimâ subdere suppliciis illum, qui ipsum Deum
blasphemasset, propter talia enim delicia, & famæ, & terra motu, & pestilenta
punit.

Dominicâ XVII. post Pentecosten.

Iunio, ut non ex contemptu talium inueniatur & ciuitas & republica per hos
impios alius ledi. Certè ex peccato blasphemia ingentes redun-
dare calamitates testatur Gerson tom. 4. confid. 4. peccatum bla-
phemie est magna causa pestilentiarum, bellorum, famiæ, & aliarum tribulati-
onum in Christianitate, & specialiter in nobili regno Gallia. Propter Ni-
tanoris blasphemiam cæsa sunt non minus triginta quinque mil-
lia 2. Mach. 15. propter Sennacherib blasphemiam cæsa sunt cent-
num & octoginta quinque millia & interiit Monarchia Assyrio-
rum 4. Reg. 19. Regi vero trucidato hæc posita est inscriptio:
in me iustitia esto. Omitto innumera alia blasphemiaz enormiter
punitæ exempla, quibus sacrorum profanorumque scriptorum li-
beri pleni sunt, enormitatem potius huius flagitiij inde desumo,
quod nec Mediator peccatorum Iesus Crucifixus, nec Misericor-
dæ Mater Maria pro blasphemis deprecari dignentur.

Pro Crucifixoribus quidem suis, Iesum oratæ, audio, non
autem pro blasphemantibus: Pater ignoscere illū quia nesciunt, quid fa-
ciunt. Crucifixores hos spectat oratio, non calumniatores, quia
non ait: nesciunt quid dicunt, sed quid faciunt. plus enim blasphem-
iæ Christum torquent, quam crucifixores; his venie spes afili-
get, non illis. Moriens idem Redemptor caput, vt pie credi-
tur, in dextram inclinat partem, quia ex blasphematijs finistri la-
tronis tate perentisebat tormentum, vt libenter corpore toto
se subduxisset, ni trabales clavi prohibuerint. subduxisse caput Chri-
stum, Salmeronem recito tom. 1. ad dexteram, vt pie credendum est, ne
infelicissimum laironum blasphemantem audire. tunc eum dolores infer-
ni circumdare visi, cum blasphemiaz resonarent, à blasphemato-
rum certè vocibus gravissime cruciatus est, hinc illæ ranis: su-
per dolorem vulneram meorum addiderunt. non de vulneribus Christus
queritur, sed de blasphematijs. unde Job in persona Christi con-
queritur c. 19. v. 2. usquequā affligitur animam meam, & afteritu me ser-
monibus & Ierem. 20 v. 10. defeci ferre non sustinens, audiui enim con-
sumelias multoram.

Audire Christus blasphemias debuit, aspicere blasphemos
Sol non potuit, atque idcirco in ipso meridie & plenilunij tem-
pore quantus eclipsatus est, obseruauit hanc eclipsis causam Mat-
thæus, qui ubi blasphemias prætereuntium enumerasset, mox

¶ 4.

Blasphemie-
rum Christus
crucifixu non
misericordia.

¶ 4.

¶ 4.

PHILIPPICA LIII.

sub iungit: tenebra facta sunt super vniuersam terram Matth. 27. v. 46.
alias indignitates Sol videre potuit, blasphemantium ora intu-
eri non valuit, & quia nemo erat, qui vestimenta pro more
scinderet, velum templi scissum est, fissique sunt lapides, vt la-
pidarentur blasphemi, aut absorberentur viui ideoque mihi Sol 14-
dios suos retraxisse, ait D. Anselmus, ne videre suum Dominum pendentem
in cruce, aut ne impj blasphemantes fruerentur sua luce.

Quod vero misericordie Mater blasphemis refugium non pra-
stet, ex sinistro latrone colligo, de quo Lucas c. 23. v. 39 vnuue
autem ex hi qui pendebant latronibus blasphemabat eum. pro hoc Deipa-
ra non intercessit, vt verificaretur illud Matthei 12. v. 31. Spi-
ritus blasphemie non renitetur, & quod adoptius Mariz filius scri-
psit: est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt pro illo roget qui 1. 10.
ann. §. v. 15.

¶. 6.
Gratissima
tas sententia
in blasphemos
Audite hæc blasphemie & cohorrescite, atque si sensus in vo-
bis aliquis inest, Tertulliani, Nazianzeni, Augustini, (quibus
cum finio) irrefragabiles sententias expedite: dubitas illo mo-
mento omnes Angelos propicere de celo & singulos denotare, qui blasphemie-
am dixerit, qui linguam, qui aures diabolo aduersus Deum administraverit,
& rursus: Deus omnipotens blasphemij lancinatur. ita Tertull. lib.
de spectac. & lib. contra Marcion. c. 1. Post Pilatum Christicidam
Christicide sunt omnes, qui contumeliose aduersum eum debacchantur, ita
Greg. Naz. orat. 3. in Iuliani. flagellatus est Christus flagellis iudeorum,
sed non minus flagellatur blasphemij falsorum Christianorum, ita Augu-
stinus tract. 10. in Ioanni. vnde non miror terrible illud ful-
men iactari in blasphemos Tob 13. v. 16. maledici erunt qui con-
tempserint te, & condemnati erunt omnes, qui blasphemauerint te. Qui
maledici non vult, & à malo possideri, quemadmodum blasphemii Hymenæus & Alexander, Paulo tradente, posselli sunt, dis-
scat non blasphemare.



PHILIP.

PHILIPPICA LIV.

In Obstinatos.

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN

Nolebant venire. Matth. 22. v. 3.

¶. 1.
Nihil humana
corda durum,
¶. 2.
Varia obdu-
rati peccata-
rum problema-
Vrum, quis nescit? marmor est, durius marmore ferrum,
quo marmor frangitur, durior ferro adamas, qui ferro non
cedit, durius omni adamante cor humanum, quod nec the-
andrico agni immaculati sanguine emolliri se patitur, cum ada-
mas hircino cedat sanguini & mollescat: pateticum obdurati-
onis humanæ exemplum in hodiernis negotiatoribus proponi-
tur, qui à clementissimo Rege singulari humanitate ad nuptia-
les epulas inuitati nolebant venire; rogaret licet Rex, blandire-
tur, polliceretur, & nihil officiorum ad animos subditorum
demerendos prætermitteret, frustra tamen omnia, nolebant venire
nihil ergo authoritas regia, nihil preiosissimi conuiuij orexis,
nihil politissimæ aulicorum preces, nihil præminorum spes, sup-
pliciorum metus apud agrestes animos profecere: nihil omni-
no, nihil. ea enim est mortalium cordium durities, vt frangi-
possint facilius, quam flecti, nec maius omnipotentiaz diuinæ vi-
deatur miraculum, quam si nolentem venire efficaci famen gra-
tia sua emolliat, vt veniat, & regali epulo non inuitus in-
tersit. Quæ gratia nisi Dictioni meæ potentiar adsit, actum a-
gam, dum contra obstinatos agam, & licet omnem seuerioris elo-
quentiaz moueam lapidem, lapides tamen induratos non moue-
bo, nisi, quam repetitis votis inuoco, potentior de supernis gra-
tia intercedat.

Obstinatus is dicitur, definiturque ab angelico Doctore, qui
firmiter adheret delectationi indebita & deformitati actus cum proposito seu
pertinacia non penitendi. quæ pertinacia peccatum in Spiritum San-
ctum, r̄t problema-

scit. 9. Tom.
a. distinc. 48.
Gregor. de Va-
lent. in 2. 2.
Diff. 1.

ctum, ideoque irremissibile appellatur, non quod nullo modo remitti possit, sed quia difficilime & raro remittitur, quia remissionem peccator non appetiat, vel si appetiare nouit, procrastinat, itaque peccata peccatis accumulat, dum desperet & contemnat iuxta illud prou. 18. v. 3. peccator cum in profundum venerit, conuenit, contemnendus & ipse a diuina, quae non irridetur, Iustitia, atque aeternitatis gehennæ supplicijs adiudicandus. Non ineptam peccatoris obstinati imaginem in molosso Indico, quem Alexandro Magno à Sophite Indorum Rege oblatum testantur historiz, representata aspicio, qui non nisi cū leonibus & elephantis congregandi gaudebat, tauros vero, apes, aliasque feras inferiores latrato conflictuque suo dignabatur. commissus aliquando cum leonum ferocissimo, guttur mox strinxit, leonemque pene strangulavit. immittitur interea satelles, qui molosso crus dextrum amputet, quo truncatus a leone tamen strangulando non remittit; amputantur deinceps crura omnia, & caput ipsum a ceruice reuelatur, non tamen a leonis faucibus canini absunt dentes, mirabilis profecto ferinz pertinaciaz exemplo. Molosso huic persimiles vos ego obstinati peccatores esse pronuntio. qui mordicus inharetis inueterataz, quam arripiuitis, peccandi, maledicendi, peierandi, calumniandi, consuetudini, eti manus pedesque varijs immisis morbis diuina Iustitia stringat, ethi vitam ipsam mutiet, in modo penitus eandem peccandi libido de medio tollat, eti clamores diuinorum preconum & obiecta infelicitas aeternitatis supplicia stimulent, eti iussio magni regis urget, eti totum celorum amphitheatrum contra vos conclamet. Comparant alij obstinatum peccatorem pelli Crocodilorum, quam neque fortissimi lapidum ictus, nec excusci fistulis zeneis ignitorum globorum impetus lacerent aut penetrant. alij tauris Aethiopicis assimilant, quorum tergora filice duriora, retorti pilii, mobilia in omnem partem cornua, nec aliis ijsdem capiendis modus sufficit, quam si preparatas in foueas propellantur. alij ex c. 41. v. 15. Iobi, funguntur incudem, inscribuntque: Cor eum indurabitur tanquam lapu, & singetur quasi malleatoru incus. o indurata peccatorum corda, o incudes vtricis iustitiae, in quibus damnationis aeternæ fulmina exceduntur! o tauri Aethiopici in barathrum extremi exitij vtrō pro-

properantes! o Crocodili immanes, omnibus celestium iacula- tum ictibus imperuij, ad aeternum non aquarum sed flamarum pelagus destinati! o molossi barbari ad romphæam & repentinum interitum in contumacia vestre poenam praesciti! miseret me, imò pudet & piget & poenitet infelicissimæ fortis vestre, quam nullo penicillo viuaciter satis depinxero, nullâ satis facundia perstrinxero, nullâ condigne similitudine expressero.

Lenis illa est, quam S. Augustinus homil. 10. ex 5: proiecit, similitudo, dum lethargicis eos & quiparat. hi ita obstinati sunt ad dormiendum, vt mori malint, quam vigilare, illi adeò ad peccandum obfirmati, vt mortem malint incurtere, quam à peccato abstinere, vellica aures, trahe crines, cæde faciem, obstinatè dormient. Notiora scripturæ exempla, vt præteream, tres potissimum Reges Iudæ nominabo lechoniam, Ioram, Achaz. Cum Deus lechoniz literas minarum plenas misset, concidit cultello epiphoram, & in ignem misit, vt videre est Ieremiaz 36. abiectus & ipse à Nabuchodonoso capti Solyma, vt prophetia expleretur, quâ sepulturâ asini sepieliendum prædicebatur, quia vt asinus vivit. Pertinaciam pingebant veteres specie feminæ nigris cooptam vestibus, quod hic color vinei se non patiatur, caput plenum spissis nubibus ad Solem veritatis arcendum, in manibus caput asinum gestabat, quia asinus ceteris animantibus obstinatior est, en cur sepulturâ asini lechonias sepieliatur. Ioram Deus per immissos Philisthæos & Arabes, à quibus expilatum gazophylacium, captiuati filii, abductæ vxores & concubinæ, erupsum sceptrum & corona, per Arabes inquam & Philisthæos ad meliorem reducere mentem volebat, sed reduci noluit; super hæc omnia percussit Ioram Dominus alii languore insanabili, vt per duos annos viscera egeret, nec tamen resipuit. allatae sunt eiusdem literæ ab Elia scriptæ, minarum & poenarum plenæ, nec deinde resipuit. adeò durum est cor indurati peccatoris emolumente, nulliusque frugis ac mentis hominem ad frugem mentemque reducere. Regem Achaz contudit Deus per Regem Syriæ, & Regem decem tribuum Phæcæ, qui de exercitu Achaz occidit vna die bellatorum centum & viginti millia, cepitque de populo duos hominum milliones, sed tempore angustiæ auxit Rex im-

pius flagitia & sacrilegum supremæ Maiestatis contemptum, dum hostium idolis hostiam immolauit. ò saxe mortaliū corda, quæ frangi facilius est, quam emollire aut flectere!

L. 4.
Obstinati sunt bit Plinius lib. 2. c. 109. vt folia iniecta in lapidem mox conuer-
guous lapide tantur. similem fluuium in Germania nescio ubi extare testatur
duriores. Albertus Magnus apud Thom. Frusillo pag. 45. in quem quid-
quid proiecitur, durescit in lapidem. Exundauit hicce fluuius in orbem
vniuersum, nouoque cataclismo humanum genus ita inuoluit, ve-
plura corda saxea quam carnea sit inuenire. Certe lapide omni
duriora esse quorundam peccatorum corda testatur ara lapidea,
ad quam dijs alienis sacrilegus Ierooboamus sacrificat; testatur pe-
tra deserti, quæ virgæ Moysis percussa dulcissimam aquam propi-
nat; testantur petræ in morte Creatoris sui immani fissæ hiatu, la-
pidesque alij, qui impressa Domini sui vestigia mollissimo exce-
pere amplexu & indelebili etiamnum retinent constantiam. Mis-
sus erat diuinus internuntius Addo Solymis ad nefarium apostila-
tan Ierooboamum in Bethel, qui ea sacrificulo Regi enuntiata, et
quæ trecentis quinquaginta post annis euentura erant. at pro-
pheta ut coram Rege adstitit, non Regem sed altare allocutus ex-
clamauit: altare altare. Sensit vocem aræ lapidea, perque medium
discissa corruit ac cineres victimarum effudit; Rex vero ipsiis la-
pidibus durior, ipsis marmoribus pertinacior, seu vt loquitur

Chrysost. Chrysostomus lapide ipso insensibilior, non tantum commotus ad pa-
hom. 2. 5. in Genes. nitudinem non est, sed dextram aduersus Vatem extendit, &
quamuis hæc subito dirigiisset, ac prophetæ dein precibus ad pri-
stinum rediisset vigorem, nihil oscius in obstinata induratus ma-
litia perstigit, & ad supremum usque Spiritum sacrilegia sua per-
petravit. eni lapidibus duriora corda sint peccatorum! Lap-
ides intentabat Moysi & Aaron tumultuosis refractarius

Num. 20. v. vocibus, nisi remedium siti quantocuyus afferretur. quid agat no-
10. bile & sanctum par fratrum in præsenti vita discrimine? ad pe-
tram ne lapidentur accurvant, filicem virg. percutiunt, inde dul-
cissimas largissimasq; siti & rebellioni extinguendæ aquas elici-
unt. facilius ex filice & pumice aquam, quam ex obdurato pec-
catore contriti cordis lachrymulam elicietis. Petræ in Morte
Salua-

Saluatoris scissæ, monumenta aperta sunt, & tanè Pharisei, Scri-
biæ. Seniores, pro quibus conuertendis nullus non motus erat la-
pis, necquidquam sunt commoti. Dixerat aliquando Christus:
si hi tacuerint, lapides clamabunt Luc. 19. v. 40. quod consumatâ pas-
sione verificatum est, scissæ enim petræ clamorem hianti quodam-
modo ore edunt & exclamant. quid clamant? V. Bedæ finitâ con-
cione acclamasse dicuntur lapides: Deo gratias venerabilis Beda. ta-
cabant ingratii homines, en lapides loquuntur. & Christo pro
tam facundi concione in cathedra crucis habita dicunt gratias. Pe-
tre scissæ sunt ait S. Hilarius quia omnia valida penetrat verbum Dei: nun-
quid verba mea quasi malleus contrens petram & Ierem. 2. v.
29. petræ scissæ sunt, cum enim Petra viua sit disrupta, disru-
puntur & inanimæ, sueque condolent auctori, conclamantque
contra iudeos delectores Christi, & confitentur Dei potentiam,
qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahæ Luc. 3. v. 8.
Clamant deinde contra idola lapidea, quorum Monarchiam tunc
conterit Lapi abscissæ sine manibus Dan. 2. v. 44. unde & prænotant
teste Cyrillo Alexandrino in c. 44. Zachar. conuersationem gen-
tilium, quibus promittunt: Afferam cor lapideum, & dabo ipsiis cor car-
neum ut cognoscant me. clamant denique & inuitant corpus Domini
in suum lumen, vel optant assumi in sepulchrales lapides, do-
centeque emollito corde per poenitentiam, & scisso per contritio-
nem firmatoque non peccandi ultra proposito, nos in viuum Iesu
mortuo adaptari sepulchrum. O nos homines axis omnibus du-
ctores, & milies lapidari dignissimi, qui scisis petris non sindi-
muri, non conterimus, non compatimur, non conuertimur!

Iam non miror peccatorem a Deo Patre apud S. Catharinam
Senensem c. 32. dialog. vocari demonem incarnatum, peccatum ve-
to à D. Hieronymo in c. 14. Ita ut appellari cadaver diabolus, vnde &
demones in monumentis habitare Matth. 8. Marc. 5. Luc. 8. re-
deruntur, quam enim impossibile est naturæ viribus cadaver reda-
nimare ad vitam, tam difficile est ordinarijs supernaturals gratiae
adminiculis inueteratum peccatorem ad veram animæ vitam re-
suscitare. hinc ille lachrymæ & clamores & fremitus Saluatoris
Iesu, cum Lazarum quatriduum resuscitaret, quia difficile surgit
(verba Bedæ in cat.) quem moles male consuetudin premit, non miror
inquam

Ezech. 13.
v. 19.

L. 5.
Obstinatus
peccator da-
mone peior.

PHILIPPICA LV.

52 inquam peccatum a D. Chrysostomo hom 22. in genet pessimo Dæmon peius censeri: peccatum dæmonie peius, quia citius Deo laudem dæmon attribuit, quam inueteratus peccator. liquet veritas ex Euangeliō: exibant dæmonia à multū clamantia & dicentia, quis tu es filius Dei? Luc. 4. v. 41. ita clamant dæmones. quid homines? quid iudæi? negant & pernegrant Iesum esse filium Dei, sed Samaritanum, sed dæmonio (horresco dicere) obsecrum: nonne bene diuidæi dæmonie longe deteriores. populus negat (Ambrolium audiimus lib. 4. in c. 4. Luc.) quem dæmones consitentur. ò peior magistro dispoliorum hereditas! hi, hi sunt discipuli supra Magistrum, hæredes patre suo nequieres, obstinatores dæmonibus homines. Nil deniq; miror conscientiam obstinati peccatoris inferno compari a D. Bernardo serm: 4 de aff. infernus quidam rea conscientia est, nulla est inferno redemptio, vix illa à peccatore obdurato speranda conversio.

5. 6. Author celebris obstinatos ait carere oculis, auribus, sanguine, naribus, manibus pedibusq;. Non vident quæ vident, sicut Judæi miracula Christi viventis & mortui, sicut tyranni miracula martyrum, sicut Pharaon profundum maris rubri: Non audiunt. sicut prædicante Stephano hebrei obturatis auribus, sicut Cain, Heli, & Saul vocem divinam, sicut ante diluvium mortales pessimi prædicationem justi Noe, sicut Vdo Magdeburgensis, & Leopoldus Wormatiensis Episcopus, de quo Cæsarius lib: 2. cap: 9. sicut Toletanus ille juvenis, de quo Georgius Reb in reg. prudentiæ christiane c: xi. qui cum s'confessario, à medico, à Sodalibus, ab amicis, à parentibus, de sera pœnitentia in fatali morbo monitus fuisset, indurabatur magis, idq; solum reponebat: nendum est necesse. prostravit se tandem Confessarius imaginem Crucifixi manu tenens, oravitq; ps: 129. versum primum: de profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam, secundum porro versum cum inchoaret: fiant aures tuae intendentes, ecce tibi crucifixus utrumq; de cruce refixit brachium, manibusq; obturavit aures, ac vocem hanc fulmineam edidit: quia vocavite, & renuisti, ego quoq; in initio tuo ridebo, quæ indurati cordis juvenem cum ingenti adstantium

Dominica XIX. post Pentecosten.

53 tantum horrore examinavit, nimis fuscus trahenti auribus proximi sunt suspendio, ita obdurati animo proximi sunt ruinæ. Carent naribus, quia fætorem vitorum non olfaciunt, sicut prodigus inter porcos, sicut Sunamitis inter hædos, sicut energumenus in sepulchris, etiæ peccatorum fætor calos & Dæmon tantopere offendat, ut Magi sine thure & myrra se Rege Bethleemito minime sistere, Magdalena sine unguento non comparere audeat, & prodigus exclamare habeat: peccavi in calum, quod vitorum fætore inquinavi. Carent gustu, sicut Israelites in deserto omnem escam abominati, ideoq; mortis propinquæ portis: appropinquarent usq; ad portas mortuæ, sicut enim sepulchro proximus est, qui naucræ laborat, & nec odorem ciborum ferre valet, ita æternæ morti magnis passibus appropinquat, cui panis vite dissipit. Carent tactu sicut Iudas, qui nec osculum Christi sensit, sicut Malchus aure sanata manum thaumaturgam non agnovit, sicut Sodomites & Pharisæi percutientem manum non agnoverunt: percussisti eos & non doluerunt Ierem. 5. Non habent manus pedesq; ad bene agendū, sicut Nabal ab uxore monitus Iacob est, ut lapis 1. Reg. 25. ideo quoq; descendunt in profundum quasi lapis. Anno 1219. Godeschalculus pinguis rusticus prope Trajectum audijt rotam molendini de nocte verari, quæ tamen pridie firmissimè adstrinxerat; mittit proinde famulum, qui vi sis spectris redit re infectâ, nec ut denuo exiret persuaderi potuit; ergo herus ipse arrepto pallio Crucifixato prodiit, atterimos duos equos, & equo alteri insidente dæmonem vidit, audiitq; concenderet abjecto pallio alterum equum, qui cum ad infernum pertexit, tormenta spectavie, locum sibi præparatum observavit, post triduum se arsum audiit, redire nihilominus in mundum permisus, & seminex ab uxore repertus in mola, licet Confessarius occisus accersitus suaderet pœnitentiam, pœnitere noluit inquiens: nihil mihi proderit, locum meum jam vidi, illuc pergam, non possum orare, non possum dolere, frustra me fatigatis, atq; ita post triduum impœnitens expiravit.

Nicephorus Iconoplasta (telle Zonarâ tom. 3.) in Bulgaria

5. 9.
Ga

PHILIPPICA LV.

54.

Cor indura-
tum est dia-
bolicum mi-
raculum.

bello pacem ferre rogatus à Crunno renuit inquiens: quā sit
Deus sive adversarius trahet me nolentem? exacerbatus Crunnus connu-
biā nocte invadit castra Nicēphori, cædit nobilitatem pene
omnem, ipsumq; Cæsarem, cuius caput à service recisum ē su-
blii pertica circumtulit, ac dēniq; cranium argento inclusum
in hæreditarium Sclavorum p̄cipibus craterem consignavit.
Deterius quid in die novissimo persinacibus continget. cor du-
rum habebit male in novissimo Eccl. 3. v. 27. nemo duri cordis salutem
unquam adeptū est ait S. Bernardus lib. 1. de consid. c. 2 nisi
quem forte miserans Deus respexit abstulitq; ab eō iuxta pro-
phetam, cor lapideum & dedit cor carneum. quid ergo est cor
durum? ipsum est, quod neque compunctione scinditur, nec
pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, fi-
gillis duratur. Ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum;
ad judicia sævum, invercundum ad turpia, inhumanum ad
humana, temerarium ad divina, præteriorum obliviscens,
præsentia negligens, futura non providers: ipsum est, quod
nec Deum timet, nec homines reveretur. Hacrenus Bernardus.
Cor Heliogabali medijs in flammis exuri non potuit obvenient
frigidissimi resistentiam, quo erat imbutum. mortifico malitia
veneno ita redundant obstinacium corda peccatorum, vt nec
divini amoris ignibus incalescant, nec objectis gehennæ in-
cendijs resplicant. Rubum medijs in ignibus ardere nec con-
sumi, supernæ gratiæ fuit prodigium; peccatores obstinatos in-
ter scelerum lentes, divinatum luce collustrationum circumdari
divinæque charitatis incentivis vndique cingi, nec tamen ca-
lorem ullum concipere, nec scintillulam reciproci amoris ad-
mittere, imo cedisse amantem, reijcere amplexantem, conspu-
ere basiantem, hoc enim verò diabolice malitia est miraculum.
Miratur enim verò ipse diabolus pertinaciam atque malitiam
nostram, eamque execratur & diris devovet. 1613. in Flandria
fuit energumena Maria de Says, incarnata ut sic dicam diabola,
ex qua diabolus. o Maria ex quo mundus esse coepit, non sicut
alia tibi similis, neque aliquando futura est grande miraculum,
quod terra te sustineat, siquidem non est in potestate dæmonum
facere mala quæ tu facis, & si diabolus non essem ego (hoc est
inflexibilis)

Dominicā XIX. post Pentecosten.

55

inflexibilis) forsitan me poenituisse. interrogavit illam Exor-
cistam: cur non converteris ad Deum tam bonum & amantem tuū?
cum diabolus indignatus tam mansuetæ questioni: dicitu au-
dacler Christi minister: o maledicta creatura, quare non opera-
ris secundum germina sanctarum inspirationum, quas Deus semi-
nat in animam tuam? hac & acerbiora dæmon in omnem æter-
nitatem damnatis exprobrabit, & licet fabulam canat surdis-
tamen egregie molestus esse nunquam cessabit.

Iustissimo enim Dei iudicio eisdem per severæ ministros ju-
stizæ continget, quod hodierno accidit convivz, ut à facie hu-
manissimi Regini projecti sine suo excidant, ad quem creati, re-
den pti, vocatique sunt; excidant cœlestis convivij triclinio,
Angelorum consortio, animæ corporisque gloria; excidant vi-
sione divinæ faciei, eō quod dorsum illi tates obverterint, & ps. 19 v. 11
oculos suos statuerint. declinare in terram. Unde sicut Samuel
dorsum Sauli ostendit, quod hic faciem suam à divino avertis-
set mandate: projecti sermonem Domini projecti te Dominu. hæc obsti-
tatorum pena est; dorsum & non faciem ostendam in Ieremiæ.
18. v. 17. quia & ipsi dorsum Altari & Legi Dominicæ obver-
terunt. Deinde projicientur in tenebras exteriores, spissam
videlicet caliginem, cum tenebras magis dilexerint quam lucem,
& in tenebris suis quæsierint delicias. Ligabuntur man-
ibus pedibusque, eō quod confregerint jugum, diruperint vincu-
la, & dixerint, non serviam ligantur homines in infantia sua,
ne cunis excidant, aut dannum sibi ipsis imprudentes inferant,
in matura verò ætate non ligantur, quia regere se ipsis no-
tunt: vicissim vero bruta non ligantur in ætate prima, ligantur
verò in adulta, vt servituti aptiora sint; ita & electi quæ mo-
do geniti in hac vita, quæ infantia quædam virtutis vocari po-
test, ante vincuntur, in altera verò vita libertate filiorum
gaudent; reprobi & contraria jumentis insipientibus comparati,
vincula non admittunt, sed in omnem libertatem effreni auda-
ciam effunduntur, at ligantur in vita altera, ut è doloribus & æ-
cumnis laborent in finem. Ad hæc flebunt quia in valle lachry-
marum ridere quæm flere maluerunt; flebunt, quia Christo, pacis-
que Angelis amaras lachrymas excusaverunt; flebunt quia cum

G5

Noctis

I. Reg. 15.
v. 26.

Jerem. 28

PHILIPPICA XIX

Noeticis illis ganeonibus omnes coeli minas, inferorum pœnæ. Evangelij commonitiones, pro deridiculo habuerunt; flebunt, quia subditos suos, viduas pupilos, ad sanguineas poene lachrymas adegerunt; flebunt, ut mulieres, quia non pugnarunt ut vivi. Denique stridebunt propter murmura & obtructationes, propter crapulam & ebrietates, propter theonios dentes, quos vivi Christi membris infixerunt, stridebunt propter tria F. infastissima, Fames, Frigus, Furiæ, quibus in ætumnofissimo illo carcere æternum conflictabuntur. ò quælibet tunc vellent adrepere ad cœlestem regiam, ad nuptias & epulas, & vel micas, canum instar, de manu Regis sui legere, at frusta, non enim aliud audient, quælibet triste illud: Nolo. desiderabunt post millies millena annorum millia, & millenos saeculorum millions unicum momentum, quo agere possint penitentiam, unicam morulam, quæ respirare liceat ab interrupta poena, unam aquæ guttulam in flammis, unam luculam in tenebris, unam versionem de latere in latus, ad aliud non audient, quælibet continuum Nolo, Nolo, quia noluitis, renuistis, risistis, ego quoque ridebo & subsannabo vos, cum male yobis fuerit æternum malè.

PHILIPPICA LV

In Parentes malos.

DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN.

Rogabat eum ut descenderet: Et sanaret filium ejus Iohann. 4. v. 47.

*s. 1.
Nullus in E-
vangelij Pa-
bus supplices facti sunt, nemo legatur gratiam aliquam spiritu-
alem pre annis.*

Dignum observatione accuriori esse censeo, quod ex omnibus parentibus, quotquot ad Christum suis pro prolatis supplices facti sunt, nemo legatur gratiam aliquam spiritualem pre annis.

Dominica XX. post Pentecosten.

alem & æternam, sed temporalem duntaxat, & corporis potissimum commodis congrua postulavisse. Orat hodiernus regulus pro ægroto filio ut persanetur, non ut æternum salvetur. Orat archisynagogus pro demortua filia, ut ad vitam temporanam resuscitetur, non ut vita & requie æternâ donetur. Orat Chananaea profilia energumena, ut liberetur à demonio in terris, non ut beatorum consortio angelorum in cœlis adscribatur. Orat Mater filierum Zebedæi, ut filiorum alter dextram Christi occupet, alter sinistram, non in cruce, sed in evanida gloriæ saecularis luce, neque in æternæ felicitatis regno & empyreo, sed in imperio, quo illa Christum in hac mortali vita inaugurandum vanissime suspicabatur. credebant filij cum matre ut loquitur Chrysostomus homil. 66.) regnum Dei iam eventurum quod hujus vite ac seculare opinabantur. Cum nullus unquam pater, mater nulla Christum pro salute æterna prolium describitur deprecata fuisset nimis paucissimos numerare est parentes, qui synceram prolium suarum institutionem sibi cordi sumant, æternaque earundem salutem indefesse accurent, quin potius quæ proles persum dare, inque præcipitum æternum detinbare possunt, unicè procurant itaque à teneris instituunt, quasi non cœlo, sed orco, non immortali vita, sed æternaturæ morti filios filiasque genuissent. Quapropter & magna parentum pars (ut cum Isidoro Claudio orat. 52. in Lucam loquar) salute definitur ob hoc ipsum, quod eorum culpæ filii sunt perditissimi. Contra perditos itaque hæc parentes, dum acrias inventor hodie, operam me & acetum minimè perditurum, sed ad sacrae quandam acrimoniam, piamente in proles severitatem concitatrum esse confido.

Uter status sit felicior fœundorum an sterilem conjugum, antiqua est quæstio in utramque partem multis pridem agitata, si feliciores esse fœundos ex naturæ deduci lumine videtur. si quidem illud est bonum quod omnes appetunt, ut ait Aristoteles, naturalissimum autem est omnium viventium generare sibi simile, ut qui semper non possunt vivere, per filios taliter suos nunquam emoriuntur, & non en suum ab illis vindicent, unde Imai. 4. v. 1. apprehendens septem mulieres virum unum in die illa dicentes panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo invocetur nomen tuum.

*me salute pro
linum legitur
oratio.*

*T. 2.
Feliciores fa-
cunda, conju-
ges steriles.*

tuum super nos (accipe nos in conjuges, ut nomen tuum derivetur in nos, & per nos propagetur) aufer oprobum nostrum. David vix de ullo beneficio magis gratias egit, quam de prolium copia 2. Reg. 7: v. 18. qui ego sum Dominus Deus, & que domus mea, quid adduxisti me hunc, & ne carperetur ab aliquo, adjectit: illa enim est lex Domine Deus, ut quilibet solicitus sit de posteritate sua, inquit Lyranus & hoc esse beneficium maximum ps. 126 testatur: ecce hereditas Domini filii, merces, frustis ventri, sive ut Chaldeus: premium honorum operum, nati, tangum premium ut Genes. 15 v. 1. Abraham audiens: ego ero merces tua magnanimus, repoluere, Domine Deus quid dabit mihi, ego padam absq; liberum, quasi diceret, ut habet Lipomanus: magna pectoris, maximum autem honorum in hoc seculo, sine quo alia non sunt iucunda, mihi non das filium heredem rerum & fidei, per filios conjunguntur animi parentum unde Chrysostomus hom. 12 in ep. Coloss. verba illa Genes. 2. v. 24. erunt duo in carne una, tunc verum esse affirmat, quando ambo parentes prolem diligunt, & se propter prolem, per quam & mundum augere & paradisum implere, adeoque in prole Deum æternum laudare possunt. Vetus cuius incertum sit utrum non filii æternum in blasphematuri sint in inferno Deum, & parentes propter liberos damnandi, idcirco longe feliores steriles sunt, quam fecundi. Ipsa certo latitia, quæ haerit ex procreatione liberorum tot colligata est miserijs, ut si junquam voluptas dolori, hic certo sit colligata. o quam amara est liborum voluptas exclamat Tereulianus Sunamitis 4. Reg 4. antequam haberet liberos dicebat: nullum indigo. postquam per Elioseum prolem impetravit: anima ejus in amaritudine erat. David plenus gudio, dum tertius nasceretur, quem vocavit Absalon, Pax patru, sed bellum fuit, nescivit Jacob quid sit dolor, donec Ruben genitus fuisset, de quo moriens: Tu principium dolorum meorum juxta versionem septuaginta Genes. 49. v. 2. at essent utinam proles temporalium duntaxat dolorum principium, neque parentes suos ex temporaneis in sempiternos pertraherent dolores: magna parentum pars salute destituitur ob hoc ipsum, quod eorum culpâ filii sunt perditissimi.

E. 3.

Prohibuit Salvator crucis pondere onus atque ad ignominiam

miniam acerbæ mortis deducimus super se lacrymas profundi a mulieribus, quin potius propriam suam suarumque prolium defteri jussit calamitatem: filie Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flere & super filios vestros Luc. 25. v. 28. non me lamentemini (inquit Dominicorum interpres verborum Beda) non me lamentez nisi moriturum, vos potius ipsas vestramque progeniem, ne in meæ Crucis ultionem cum perfidis æterna morte damnemini, dignis lacrymarum fontibus abluite. Sunt in hac hodieum urbe molliores nonnullæ parentes, quæ expensis servatoris innocentissimi cruciatibus illachrynati gaudent, in hisque citò exarescentibus lacrymulis potiorem pietatis suæ partem reponunt, cum interim proles suas ridere, & in rebus crudere pessimis videant, tolerentque, imò proles ejusmodi in via suâ dissimulatione crudelique mititate educent, à quibus Christus denudò crucifigendus, illudendus conferendus sit, nolite flere super me, sed super vos ipsas, & super filios vestros, æternae mortis victimas, nisi tempori resplicant, ingemiscite, flete, ululate. Docet piissimus secretorum patientis Domini dolorum contemplator Leopoldus Mancinus Christum in Pilati atrio non tantum à cohorti militum, sed etiam à parvulis hebreorum filijs flagellatum & sub crucis pondere luto lapidibusque ex parentum instinctu impetum suisse, vt nulla esset ætas, sexus nullus, nulla hominum conditio, à qua mansuetissimus Dei filius non vexaretur; unde non tantum à tauris multis, sed etiam vitulis le circundari queritur; nec tantum serpentibus & draconibus, verum etiam geniminiib; viperarum, prolibus scilicet maleficiatis mordetur atque lacebitur. Succrescant hodieque ejusmodi genimina & vituli, qui parentum suorū vitio conviantur Christianum, eundemque flagellis linguarum cedunt, vitiorum luto ac potissimum cœnose libidinis sordibus impetunt, parentibus vel dissimilantibus, vel vltro ad nefanda ejusmodi flagitia, proh pudor & dolor! incitantibus. Super vos ipsas & super filios vestros flete, & halce sordes calidissimis quantocvys lacrymatis diluite. Fient infantes materno adhuc in utero, suæque de genti naturæ corruptelam, & originalis criminis maculam, ut ex Boetio docuit Scotus, totaque subtilium schola; quæ si fidem meretur

60 PHILIPPICA LV.

meretur sententia, cur obsecro actuales culpas non deflent adul-
ti, qui originalem defleverant materno adhuc clausi in utero in-
fantilis, potissima parentum culpa est, quod ridere potius quam
flere doceantur infantes, pueros flere potius quam ridere ante ra-
tionis usum docuit natura. Super vos parentes & super filios
fleite, eosque salubriter flere docete: vos potius vestram negligemiam
(verba sunt Glossæ ordinariæ) digni lachrymarum sentibus abuster.

• 4.
Sera parentū amque in illis educandis negligentiam ac indulgentiam nimian
lachryma par defient, cum scilicet proles suas immaturā morte de medio tolli,
viciadas eosfa aut infamiz notā mille mortibus deteriori affici vident. Verum
esse argunt. Crocodili sunt hæ lachrymæ, sero nimis inaniterque effusæ, com-
passione nullâ, ied odio risuque omnium ter dignissimæ. flevi-
sent potius, cùm spes emendationis affulgit, cum proles cerea
maternis emolliri lachrymis potuit, cum mors inopina nondū
falcem expedivit, ut florem in herba demeteret, aut securim
ad radicem apposuit, ut totam genealogiz arborem ieu unico
succideret. Flevit Monica pro Augustino & filium lachryma-
sum denuò genuit. Flevit Brigitta pro Carolo, & in meliorem
corporis animique vitam reduxit: flevit Helena pro Constanti-
no & primogenitum Christianorum Cæsarum regeneravit. be-
atæ sunt hæ secundæque lachrymæ, in quarum excursens lau-
dem Chrysologus exclamat: *beata lachryma, qæ protalibus fusæ*
fleantibus matribus gratiam baptismatis consulerunt. at vero serotinæ il-
læ lachrymæ super corpora & tumulos sublatorum immaturo fa-
to filiorum fusæ non augent meritum, sed demeritum contestan-
tur, non lavant, sed adurunt, non expiant, sed impiant, non pie-
tam demonstrant. parricidis enimvero pares sunt omnes i) pa-
rentes, qui nimiâ lenitate sua justam Dei in degeneres proles
provocant severitatem. teste Aurelio, Augustino: valde perniciose
lenitus filii patrū lenitatem. ut iuste postea Dei sentiat severitatem. invehi-

S. Chrysostomus lib: 3. aduers. vi. sup. vita monast. tur in ictus hujusmodi parentes grandi verborum per-
ceperunt grandine Chrysostomus, & parricidis omnibus erudeliores
pronuntiare non dubitat: hos ego patres parricidis omnibus immaniores
dixerim, illi enim corpus ab anima separant, isti & corpus & animam aeternis
ignibus

Dominica XX. post Pentecosten.

ignibus tradient. atque is quidem, qui corpore occiditur, necessario naturali lege, etiam si necatus non fuisset, moreretur; hic vero semperternam mortem vitare potuisset, nisi hanc illi consci-
visset paterna negligentia.

Sed non agam modum de sempiterna filiorum morte, quam incutij parentes natis suis indubie procurant, sed temporanæ dunt taxat immaturæque mortis mentionem ingero, inque perverse poenam educationis liberos ante diem sublatos exemplis sex de sexcentis de monstro. Quemadmodum Principes (inquit doctissimus Franciscus Labata) filios abducere solent ab eorum paedagogorum institutione, qui illos pravis artibus imbuunt, ita omnium cultor ac parens Deus naturales patres tanquam filiorum paedagogos constituit, qui quidem, si eos bonis moribus non instituant, & præclara atque honesta educatione erudiant, privantur hoc educandi munere & a filiorum tutela reiiciuntur. Quod facile ex Scriptura Sacra comprobari potest, sed præcipue in duabus illis judicibus ac moderatoribus Israëlis, quorum alteri triginta filii & totidem filii erant; alteri vero quadraginta, neuter tamen successorem reliquit in Israël, atque ita gubernandi munus, quod in sua familia diuturnum atque etiam perpetuum putabatur, in ipsis primis gubernatoribus defecit. Solet enim Deus optimus Maximus parentes liberis suis orbare, ut hoc supplicij pedagogos animadverterat ac vindicet. fuerunt hi duces Abesan de Bethleem hexaginta prolium parentis alter Abdon Pharathonites, qui habuit quadraginta filios. & triginta ex eis nepotes ascendentis super septuaginta pullos asinorum Iud. 12. v. 14. nec tamen ullus eorum in ducale successit solium, nec eam attigit senectam, in improba, ut dixi, poenam educationis.

Ducibus jungamus Sacerdotem summum, qui non filios tantum suos perdidit, sed fatalem toti posteritati calamitatem induxit ut seni expertes plerique decederent juxta illam frati Numinis comminationem tertio repetitam. Regum 7. praevidam brachium tuum, & brachium domini patricius, ut non sit senex in domo tua, non erit senex in domo tua omnibus diebus hoc autem erit tibi signum, quod venturus est diabolus suis Ophus & Phineas, in uno die inviensur ambo. Reg.

6. 5.
In pœnam
parentū im-
matur i mor-
te non raro
filij plectur

**Labat tit.
Educat.**

Jud: 12. v.9

v. 21. 32. 33. 34. utque de irrevocabili hoc vindicis Dei decreto constaret, jurejurando feso divina veritas obstrinxit ad sententiam non mutandam: Idcirco juravi domui Heli quod non expietur inquisit domus ejus victimi & munieribus usq[ue] in aeternum i. Reg. 3. v. 14: proh ceu graviter succenseret Deus & implacabili iustitiae zelo persequitur leniorem abjurationem ab Heli in filios exercitam! ut

S. Cæsarius tertius exclamat D. Cæsarius Arelatensis Episcopus timeo & nimium expavescit Heli sacerdoti exemplum qui pro eo, quod audiens filios suos adulteria committere, dissimulavit eos aut cadere, aut a communione suspendere, sed tantum leniter ammonuit, & non cum grandi feritate distinxit. &

ipse retro cadens de sella, fractu cervicibus mortuus est, & nomen ejus de libro vite deletum est. quodsi deletum est de libro vite nomen summi Sacerdotis arguere necesse est, non temporali tantum morte, sed eterna quoque ab irato Deo plexum fuisse, & si vite aliquin fuerit integerim, non helluo, non raptor, non contumeliosus, non

Chrysost. alio impuratus scelerate ut restatur Chrysostomus: cuius cum vita est hom. 17. in irreprehensibili, tamen quia filios calcantes Dei legem non eum severitate cor. Matth. v. 5. ripuit, cum illa etiam jure punitur est, & grave subiit supplicium. quodsi ergo tanto supplicio affectus est bonus Heli quod nimium in malos filios fuisset bonus, quare vos manet sententia, quodvè supplicium parentes impij, qui non tantum liberos non corripitis, sed scelera eorumdem dilaudare sovere, præmiare non erubescitis? cum haec sola in proles indulgentia & si inculpata vestra foret vita & orationibus instantes & elemosinis addicti teste urbe & orbe toto haberemini, in grave cum Heli supplicium, ne dicam aeternum præcipitaret incendium, filiorum vero nomina de libro vite deleret. Vir ille secundum cor & domesticus Domini primogenitum suum Amnon parricidalibus vulneribus conseruum in aetatis flore perdidit, quia in castigando incastus admissi cicerere lenior fuit: noluit contristare spiritum Amnon filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat. 2. Reg. 13. v. 21. atqui contristare filium noluit, contristatus super acerbo filij funere luctum continuum induit: luxit ergo David filium suum unctu diebus v. 37. Plus Amnone idem Rex Absalonem luxit, quod longa littera ex arbore fatali facilius temporaneam simul ac aeternam ceciderit in mortem, vix casurus, si severiori correctionis virga a patre percussus

cussus fuisset iuxta illud: si percusseris eum virgā, non morietur. at heu! pro virga triplici percussus est lanceā, eodemque iectu, quo cor examinatum est filij vulneratum est cor Patris adusque cordis sanguinem & spiralia: quū nibi tribuat? ut morias pro te.

Ips[e infelix Absalon] suæ præciosus calamitatis & brevioris Absalon in se
ævi invernantissimo ætatis flore mausoleum sibi erigi tecit, ut restatu Matr
videre est 2. Reg. 18. exerat sibi cum adhuc rixeret titulum. qui est solañ sibi sicut
in valle Regis: dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monumentum suitus cur?
nominis mei. Constat divina humanaque fide Absaloni non unum
duntaxat, sed tres superstites fuisse filios & filiam unam. quā ergo
conscientia asseverare audet, filium sibi non esse in propagatio-
nem generis & nominis, ideoque vivo sibi sepulchrum erigit
& statuit colossum? respondet S. Hieronimus in qq Hebr. quia
putabat filios ob peccatum suum non tantum regno, sed etiam vita indignos,
propria nimis conscientia teste & judice censuit Absalon se
suis cum prolibus longevitatem minimè assecuturum in poenam
malæ educationis, ideoque filios suos quasi non essent, qui bre-
vi inter vivos fututi non erant. estimavit: dixit enim: non habeo fi-
lios, sentient enim verò scelerati parentes opinione suâ citius
orbatos fesse filij, quos ad omnem petulantiam educaverunt, quem-
admodum sensere Cives illi Bethelitz, filios suos cessisse Deo
vindice in prædam ursis, quos urgere ipsi ad virtutem negle-
xerunt.

Abat Elisæus in Bethel Ephraimæ trilus oppidum ab au-
to Seroboami vitulo infame; cui obviam ex vrbe procurunt
male linguali pueri, & senile prophetæ calvitium dicaci sarcas-
mo salutant ac exsibitant: pueri parui egressi sunt de civitate & illude-
bant ei diuentes: ascende calve, ascede calve 1. Reg. 2. offensus eā in
hospitalitate prophetæ supplicium irrictibus decernit: qui cum
insperisset vidit eos & maledixit eū in nomine Domini, egressique sunt duo ursi
de saltu, & latraverunt ex eis quadraginta duos pueros. cur tantopere in
puerulos vates excandescit? cur levitatem puerilem non diffi-
cillimat? cur bona pro malis verba non reddit? pueri parvi sunt,
parvus proinde in eis rarioris usus, ideoque venia digni. dein-
de si poenâ digni sunt, cur unum alterumve interemisse non suffi-
cit, sed duo ac quadraginta in frustis discerpuntur & cur non al-
teri

PHILIPPICA LV.

64

teri bestiarum speciei, quam ursorum, non leonum, non luporum, non tigridum dentibus permittuntur: in promptu est responsio; ideo pueros parvos absque misericordia plecti, ne crescat & adolescat cum adultis malitia; quin parentes potius infiliis plectuntur, quia ut D. Martyr Iustinus docet: *vates illi à parentibus didicuntur*. nimis ut canunt parentes, ita pipium filii qualis avis, tale ovum: qualis vox, tale echo. male moratos liberos prius occiderant parentes prava educatione, antequam ferinam in eos crudelitatem ad imprecationem prophetarum Deus immitteret. Ursos autem immisit, quia teste Plinio c. 36. lib. 8. hi fecerunt suos informes lambentio formant & figurant, dum perfectam ursorum speciem induant. ursa fertur informes partus edere, inquit D. Ambrosius lib. 6 hexameron c. 4. sed natos lingua singere ad sui similitudinem, tu filios tui similes instituere non potes? surrexerunt proinde ursi contra Bethelis incolas, quia cum illi magna cura forment catulos, turpe est hominibus ratione præditis liberos non formare melius ac informare. Sint ferre carnifices effectorum puerorum, maledicosque dentes dentibus plectant bellunis:

Condite iam linguas pueri, nec poscite calvas,
Calvas sat multas unica calva dedit.

Essent utinam parentes Ursini seu significatione germanicâ Berardi, naturam hac in re imitantur ursorum, filij certè eorum non audirent. ursipelles, quo probro iugavos Germani appellantur, quod ursi pellibus incumbant, imò ursorum ungibus dentibusque dignos se præstent, idque virtutissimum parentum suorum, a quibus in mortem potius quam vitam educati fuerunt.

Inverso cereo nonnemo inscripsit. qui me alit extinguit. possunt idem multæ proles perverbis suis oggerere parentibus. qui nos & lune, extingunt. extinxit meretrix illa parvulum suum 3. Reg. cùm intempesto sepulta sonno filium pariter oppressit, mortisq; vicimam litavit. plurimoruat incuria parentum, quod sceleribus filiorum non invigilant. filij de leto in lethum, de letho in infernum efferruntur. De simijs scribunt Physiologi, quod unde de catulis insano amore depereat, tamdiu amplexetur & stringat, quodis

Dominica XX. post Pentecosten.

65

Quod si simiam à venatore in fugam compelli contingat, arripit illa ardissimèque stringit simiolum, qui cum affugit, relicto altero, quem non æque amat, catulo: at hic insilit in matris dorsum, & invitæ adhæret parenti, dumque prior ille in sinu matris confunditus catulus examinatur, vitam alter qui dorso infidet, felici infortunio conservat. Simijs imprudentius parentes plurimi filios filiasque depereant, utque non temporis modò, sed æternitate tota pereant, suo illo insano amore efficiunt, cùm interim æperius habitæ proles, & vix dorso parentum dignæ habitæ vitam & salutem non raro consequantur.

Crudeles (quis neget?) suere parentes illi, in quos Psaltes regius invehitur psal. 103 v. 37. & 38. immolaverunt filios suos & filias suas demonijs & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan. quid peccavit innocens infantia, ut ex cunis ad aras, ex plumis ad flammas, ex utero ad ignitum tumulum raperetur? non hæc infinitum, sed sceleratissimum parentum culpa est, non est hæc simile procedet. s. 9.
Mali parentes peccati in idolatria in die, contra quos nobis sumus. Index faberis.

pietas sed parricidalis crudelitas, plusquam belluina rabies, plusquam barbara laniera. ô Idumæi bestijs deteriores, ô Iudæi non parentes sed carnifices, sed tyranni, sed pestis, sed proximus humanæ universitatis! hoccine proles amare eunt, amarissimæ innocentes morte tolleie in idolorum gratiam? agnosco primæ sceleris pœnam. à perverso filiorum amore idolatria originem traxit, ab idolatria verò prognata est mors filiorum, nam ut sapientissimus Regum docuit: acerbo lucretu dolens pater citu hibi rapti filij fecit imaginem & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, tunc tanquam Deum colere cœpit, & constituit inter servos suos sacra & sacrificia. ecce idolatriæ originem: immolaverunt filios suos & filias suas demonijs. ecce idolatriæ finem. Idolatriæ omnes illi parentes sunt, qui Proles suas Pluto, Veneri, Baccho immolant in mortem animæ sempiternam. s. 14. v. 15.

Contra quos in die iudicij iustissimus judex verbis excipiet gravissimis, & insanissimam hanc impietatem in valle Iosaphat (eodem videlicet loco, quo idolum Moloch quondam constitutus, & innocens infantia nocentissime immolata fuerat) exercabitur, commendabitque, prout loclis ore prædictū conclamatumque

PHILIPPICA LV.

tumque est c. 3. v. 2. congregabo omnes gentes & deducam eum in valle Iosephat. & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & super hereditatem meam proph. mis. pro vino. Observat doctissimus Cornelius energiam vocis: Di-
scipul. pag. 241. septabo. vel ut Syrus habet: iudicio contendim. vel ut hebreæ: iudicabo. exprobrabit nimis populo suo immane facinus. quod ed loci patrum est, cum in valle Iosaphat immolavere filios suos & filias Iuas dæmonijs: Ecce ego (dicit Rex in nubibus cœli tanquam pro tribunali sedens cum virtute multa & maiestate) ecce ego in hoc monte Oliveti quondam proditus, caput, vinculis & funibus constrictus, ecce ego pone hanc vallem in urbem Solyman tanquam tristis & latronum princeps ignominissimum rapeatus, iudicium nunc meum repeto & iniq[ui]tos ves-
judices appello, ubi estis? Anna, Caipha, Herodes, Pilate aditas, Pilate non iam judex, sed reus. meministine, ut ante te perdi-
tissimum judicem quondam steterim ego judex vivorum & mor-
tuorum & meministi quæ mea coram te oratio & quæ tua coram
populo conscientia te tuâ urgente contestatio: innocens ego sum a sanguine lasti huius, cum è contra omnis vociferaretur multitudo:
sanguis eius super nos & super filios nostros. veniat ergo innocens san-
guis meus super vos nocentes. innocens ego sum a sanguinibus
vestris, sanguinem meum & sanguinem filiorum vestrorum de ma-
nibus vestris requireo. propter parvulos parvulus factus sum, &
hem a parvulis vestris flagellatus sum: parvulos ad me vestros
venire rogavi, filios vestros sicut gallina pullos suos congregare
volui, at noluitis. quin potius hoc ipso in loco dæmonijs & non
mihi, qui sum Deus solus, & non est alijs præter me, immolavi-
stis, posuistis puerum in proibulum & puellam vendidistis pro vino. ò pa-
rentes parricidis omnibus immaniores, belluis omnibus trucu-
lentiores, sceleratissimis quibusque sceleratores. hæc fecistis, &
tacui. nunc ut parturiens loquar, parvulos vestros vix balbutire
doctos blasphemare docuistis, posuistis filij & filiabus scandala-
lum, dum in eodem cubili, in quo intrunitas exercere non er-
buitis libidines, eodem in lectulo fratres sororesque compositi-
tis, fovistis sceleras, eruditistis ad flagitia, stimulastis ad nefandas,
caenonijs toties pretium sanguinis mei devovistis. hæc cinelex
mea

Dominica XX. post Pentecosten.

67
mea: hic timor meus? hæc merces mea & hæreditas? hæc ve-
stra gratitudo, hæc fides, hæc obligatio? procul à facie mea,
procul à clementia mea, procul à gloria mea ite improbi, ite ins-
ensati, ite maledicti, ardete, stridete, desperite.

O parentes improbi respicite dum potestis, nè in die illa
tremenda & amara valde severissime fulmen justitiae in vos vi-
bret justus judex propter amores mortiferos, ut Augustinus loquitur,
& grandem filiorum perditionem. Sunt proles ex sententia Clemens
Alexandrini flores matrimonij; cur flores in urticæ & zizania
degenerare permittitis, ut colligati in fasciculos ad comburen-
dum; æternos una projiciamini in ignes? sunt calathus liliorum
& rosarum juxta phrasim D. Hieronymi, cur spinas & tribulos
esse mavultis, ut exardescat in vostrorum divinus sicut ignis in
spinis? hæreat, hæreat illa Origenis verissima sententia: omnia
qua deliquerint filij de parentibus requiruntur, qui non erudierint neq[ue] cor-
ripuerint eos. quin virginem discretæ correptionis arripitis, nè
rhomphæam & fulmina arripiat Deus; errantibus non parcit,
ut in tempore & in æternum parcat Deus. arripite disci-
plinam (si enim extra disciplinam sunt filii vestri, non legitimi,
sed adulteri à Doctore gentium pronunciantur) arripite disci-
plinam, nè quando irascatur Dominus, & una cum prolibus Hebr. 12. v. 8. sem-
piterni.

E. g.
Afflue

S. August:
serm. 33. ad
ad frat.

Orig lib. 2.
in lob.

PHILIPPICA LVI.

In crudeles.

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN.

Tenens suffocabat eum. Matth. 18. v. 29.

E. Heu quid homines sumus! belluis longè omnibus effera-
tis cum in nos ipsos mutuò exardescimus. dixit prover-
bialiter I

E. z.
Momo homini
plagæ lupi:

Plautus in
Asinaria.

S. Bernardi
ser. 29. artie.
I. tom. 21

bialiter Plautus: *homo homini lupus*, at parum dixit, non ita lupus furit in lupum, quam in hominem homo. lupus lupum non comedit, ait S. Bernardinus, leo leoni parcit, omnes crudeles alijs feris generis sui parcunt, solus homo homini parcere necit. sicut lupus Februario solum mense, at hominis ferocia nullo tempore describitur, irascitur per dies singulos, horis omnibus facilis est agi in rabiem, prorumpere in tonitrua & fulmina, cælum si fas terris commiscere, quodsi lupus in eandem ovicula delabatur foveam, pacifice teste experientia in eodem carcere cum ovicula componitur, nec dentes in innocuum pecus stringit, licet eosdem fames internecina exacuat. an sic cum homine, si eadem premi contingat necessitate homo consulet & satis superque id hodierna patet ex parabola, ex qua servum ac conservum in similem debitorum foveam prolapsos conspicimus, at servum conservo plusquam lupum esse factum, inque fauces immaniter involasse audimus. sufficiat crudele hoc inhumanissimi servi exemplum ad execrandam exprobrandamq; hominum plerorumque ferociam, qui humanitatis omnis oblii, in saevissimas abeunt feras, & dæmonibus ipsis immaniores evadunt. contra quos, si inhumanius quid dixeris, non mea sed ipsorum accidet culpæ, qui nihil pœnæ, nudum præter nomen, in se retinet humanitatis.

6. 2.
Multiō malus
iste servus ha-
bet similes.

Apoc. 7. v. 3.
Gen. 49. v. 17

Plin. 18. c. 29

Tenens suffocabat eum. multos servus iste nequam sibi simillimos habet, & sunt omnes ij, qui proximorum preces, querelas, excusationes nè audire quidem volunt, qui omnem justæ reconciliationis præscindunt facultatem. tales erant viri Dan, qui cum Michæ sustulissent sculptile, & omnia quæ possidebat, repetenti substantiam suam Michæ barbare responderunt: *cave nè ultra loqueris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas* Iud. 18. v. 25. at bene dicuntur viri isti è tribu Dan fuisse, quam tribum Ioannes Apocalypticus inter electas non numerat, sed omnino memoriam illius præterit, quia videlicet cælo apti non sunt, qui sicut coluber in via, cerastes in semita mordent ungulæ equi, ut cadat a censor eius retro. quadrigemina Cerastes habet cornua simillima arictum, quibus cum equitem nequit attingere, equi calcaneum mordet, ita homines efficiuntur.

uno iracundia cornu non contenti quadruplicant malitiam suam, siue aliter rabiem effundere nequeant, vel unguis iumentorum adversarij sui nefariè impetunt. Contribules hi omnes immannissimi Antichristi sunt ex hac tribu nascituri, & priorum sævitiam tyrannorum septuplo excessuri, contribules, inquam, sunt, & simili olim poena involvendi. simulantur propterea servi hodierni nequitiam, quotquot defectus proximorum suorum exaggerant propalantque, cum ijsdem, multoque gravioribus scatent, itaque centum denarios requirunt, cum ipsi centum talerorum millia debeant. Risit aliquando præter morem Socrates, cum furciferum educi in malam crucem aspiceret, causamque rogatus, cur non coamiserationis signa potius ederet, video inquit, à magnis latronibus, latrunculum educi ad suspendium, puniriq; parvula sacrilegia, magna verò duci in triumphum. Non absimiliter captus pirata, & ab Alexandro magno increpitus (ut narrat D. Augustinus) cur mare tutum esse non fineret? respondebit: quia tu orbem totum non finis esse tutum. & ego quidem quia exiguo navigio mare turbo, vocor latro, tu verò, quia magnâ classe, imperator. nimis sicut à magnis piscibus devorantur minores, ita qui minus mali sunt, à pessimis quibusque exagitantur, diffamantur, suffocantur.

Peiores adhuc sunt, qui soenus iniustum exigunt, cum iuxta Catonis sententiam fenerari, sit, hominem occidere, & iuxta effatum D. Ambrosij usuram petere, suffocare sit. peiores istis sunt, qui onus importabilibus premunt subditos, uti Pharao hebreos: agellum pratulumque vicinum pauperi non savent, cum millesimis ipsi jugeribus abundant. ut Achab & Iezabel infidlati vineæ Naboth: bobus & ovibus & pecoribus suis plurimis parcunt, & oviculam viri pauperis unicam auferunt, ut convivium peregrino apparent, ut adultero Davidi obiecit Nathan. at audiunt huiusmodi tyranni regium Salomonis consilium, imò decretoriam irati Dei sententiam: *non facias violentiam pauperi quia pauper est, neq; conteras egenum in porta, quia iudicavit Dominus causam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius* pergit Pharao in profundo aquarum peribitis æternum vos in profundo flammrum: canibus in prædam cessit Iezabel, avernal is vos in offam

Valer. Max.
1. 8. S. Aug.
1. & c. 4. de
civit.

Cie. 1. 2. offie.
S. Ambr. 1. de
Tob. c. 14.

Proverb. 22.
v. 23. 2. Reg
12. v. 5.
Dubrav. 1. 23

Cerberus

Cerberus præstolatur; iudicium ipse sibi tulit David: vivit dominus, quoniam filius mortuus est vir, qui fecit hoc, & fuisse omnino æternæ mortis filius David, nisi rehuisset tempori, & singultibus lachrymisque calentissimis per noctes singulas, diesque ploros piaculum suum expiasset.

Quid iam de ipsis dicam, qui humani effusionem sanguinis pro ludo & voluptate habent, nec elegantius aiunt esse speculum, quam si suam in aliorum effuso sanguine faciem contemplantur. Video Annibalem ad fossam humano sanguine plenam contemplabundum consistere. & crudeli cum voluptate exclamare: *multum spectaculum!* video Volesum Africæ sub Augusto Proconsalem ducentos quinquaginta uno eodemque die eademque secuti percutere, & exclamare: *o rem regiam!* video Vitellium campos occisorum in prælio civium cadaveribus stratas inequitare, defluumque olfactore tabum & exclamare: *optimè olet occiso hosti,* & magis civi. Video Ezelinum barbaro potius, quam Italico solo dignum carnificem, duodecim millia Patavinorum civium uno omnes loco compellere, & ad unum trucidare. video Romæ Caligulan exerto gladio vibrare ictum & vovere: *o si totus Romani Senatus populique iugulum ita unico confidere licet!* video Praegre Wenceslaum Bohemiam Regem & Romanorum Imperatorem triurbem inequitare, eademque secum equo carnificem comparem suum devchere, & vel à tergo vel à latere comitem affiduum circumducere spretè illâ minitantis Numinis acrimoniam: interficiam interfectores Ezechiel. 25. Video denique orbem totum crudeli sanguinis cataclysmo inundare, nec hospitem ab hospite, nec fratrem à fratre, nec patrem tutum à filio, quæ est ita, prob superi inferique ferocia, & plusquam belluina immanitas: Eliam à corvo pastum, & Iezabеле autem ad internacionem quæsum considerans S. Cyprianus tract. de Orat. Dominica exclamat: *o humanæ malitiae detestanda crudelitas!* feræ parciunt, avea pascunt, & homines insidiantur, & seviunt.

S. 7.
Homo bellus
& demoni im-
manior.
ab ho-

Non sevit bestia in propriam speciem, nisi extremâ ferè sa-
me stimulante, sevit in confangineum homo, necessitate pro-
sus nullâ, sed sola nocendi libidine instigante. Non tam feroci-
ter sevit bestia, cum sola est & motu proprio agitur, quam can-

ab homine præsente incitatur. An non intolerabilior hominis quam bellus ferocia est? non Sultano solummodo Ottomannum tyranno, sed Christianis plurimis ea convenit inscriptio per quadrigeminum Beta indicata: *Bellua Bellarum Bellum Bellua.* Præstat non raro habitare Christi exemplo cum bestijs, quam cum hominibus; præstat Ignatij Martyris ex voto cum quadrupedibus quam bipedibus pugnare leopardis. Malum ego in medios incidere leones cum Daniele, in ventrem ceti abiici cum lona, imò in potestatem adversarij tartarei cum Iubo servata duntaxat animâ tradi, quam impiorum hominum voluntati & tyrannidi mancipari. Non sevit dæmon in dæmonem, ut homo in consanguineum exardecit. Rogat Christum integræ dæmoniorum legio: si ejcis nos hinc, mitte nos in gregem peritorum Matth. 8. v. 38. cur Spiritus immundi ad bruta grunniens malum divertere, quam alios homines occupando & præscelerum meritis multos postulare & respondet Abulensis ideo non petierunt ut in homines mitterentur, quia illam, cuius virtute ergo bantur, humanam speciem gestare videbant, quia hominem & quidem humanissimum rogarunt, contra hominem nihil petere possebant, quia nec in efferrissimum dæmonum intellectum caderet, ut cogitare ausint, posse hominem homini incommodare parcit dæmon homini & porcos impedit, parcit homo porco. & horum invadit, ita ut satius sit (quod August. dixisse dicitur) He-rodis alicuius porcum esse, quam filium.

Proh quanta nostra erit in hora vitæ novissima, & novissimo mundi die confusio cum adversus ferociam nostram non modo dæmones, sed rationis & mansuetudinis expertes creature stabant, condemnabantque. Certe non æternâ duntaxat salute, sed & temporali & vno indignissimi sumus, nisi comitate feras vincera, & feritatem postea misereri potius quam irasci, ignorare quam ulisci, prodere quam nocere vlinus. Et hinc est, quod ut Thales teste Laertio dixit, difficile sit videre tyrannum senem. Reges consenserunt, inquit Seneca lib. 1. de clement. liberisq; ac ne potibus tradunt regna, tyrannorum (& omnium immisericordium) execrabilis ac brevis potestas est. Quocirca Phalaris tyannus dicere solebat: ego qui expertus utrumq; sum, tyrannidi malum subesse,

Abulensi. in
e. 8.
Matth. q.
129.

Didac. Nys.
Dom. 21.
Pent. 5. 4.

Crudeles non
sunt longavis.

subesse, quam præesse. subditus enim aliorum malorum securus unum tyrannum metuit: tyrannus autem & eos, qui foru insidianter, & illos per quos servatur. ita Stobæus serm. 47. Quidam tyrannicidam optans, Brutus statua subscriptis: utinam viveres! quod operâ Brutii Tarquinius ex urbe pulsus esset. Cæsar autem statu hos versus apposuit.

Brutus quia reges eiecit, primus consul factus est:

Hic quia consules eiecit, rex postremus factus est.

Nec multò post (post triennium) Cæsar viginti tribus vulneribus in curia confosus est. Cyrus a capta Babylone triennium duntaxat imperavit: capto enim a Tomyri Scytharum Regina caput amputatum, & in culeum sanguine plenum proiectum est cum falsa hac voce: satiate Cyrs sanguine, quem tantopere sitisti. Alexander Magnus sexentio post cæsum Darium supersuit. Iulianus Apostata post biennum imperij coelesti telo confosus interiit. Anastasio Imperatori deletis quatuor decem vitæ annis excusum cœlitus fulmen viam in tartara præparavit.

*s. g.
Oppressores
pauperum co-
ronant Chri-
stum spinis.*

Si ergo vitam diligimus, & dies bonos videre cupimus, non tantum cane & angue, sed morte & inferno peius omnem feritatem, eam præsertim, quæ pauperes iniquissime opprimuntur, exfuguntur, suffocantur, omni studio fugiamus. nihil enim iram Dei æquè præcipitat, quam oppressio egenorum propter miseriariam, inopiam & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus. ps. i. t. v. 6. Stat ad iudicandum Dominus, stat ad iudicandum populos. Dominus ad iudicandum veniet ls. 3. v. 13. timete quicunque pauperes iniuriā afficitis (Chrysolomum recito) habetis vos potentiam, opes, & pecuniam, & iudicium benevolentiam, sed habent illi arma omnium validissima, luctus & ciulatus, & illud ipsum iniuriā affici, quæ è cœlis auxilium attrahunt, hæc arma domus effadiunt, hæc fundamenta evertunt, hæc integras gentes submergunt, gemitus dico eorum, qui iniuriā afficiuntur magna est vis huius ciulatus, quæ supernum vocat auxilium. sunt expilatores pau-

Drag. Ost. I. i perum, ex sententia Dragonis Ostiensis simillimi ijs carnificibus, de Sacram. qui exuentis Iesum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, & arundinem in dextra eius Matth. 24. v. 28. toties Iesus denud exiit, quoties pauper opprimitur & spoliatur. chlamys coccinea est vestimentum mixtum sanguine, illo videlicet san-

guine, qui pauperculis viculis pupillis, & quibusque afflictis exprimitur per crudelē sanguinolentiam. Coronam de spinis Salvatori imponunt, qui de rapina pauperum spinosæ diutius sibi coacervant. & hi arundinem ponunt in dextera, dum ad incitas & mendicitatis baculum redactum proximum suum irrident insuper & exhibant. Contra hos fulminat Deus: pro eo quod diripie Amos 5. v. 11 batu pauperem, & predam tollebatu ab eo, domos quadro lapide edificabitu, & non habitabitu in eū. vinea plantabitu amantissimas, & non bibet vinum earum. in quæ Cyrillus: diripiebatu pauperem. ut ab eo tolleret, qui victui necessaria vix habebat, & quidquid pretiosum videbatu & pulchru, vestru usibus tradebatu. & homines spoliastu, ut aedes vestiretu marmoribus. Quæ quia adificiū de rapini, & non solum mansioni & tecto, quod exigie humana fragilitas, sed pulchritudini & delicijs preparasti, repentinā captiuitate, vel morte subtracti, non habitabitu in eū. Habitabunt autem cum igne devorante, cum ardoribus sempiternis, denudati omni dolore & solatio, amicti pudore sicut vestimento, involuti flammarum incendio, igneis coronati spinis, & non arundine sed scorpionibus, sed fulminibus, sed gladio igneo percutiendi. iudicium enī sine misericordia his, qui conservis suis misericordiam cum hodierno servo nequam facere noluerunt

PHILIPPICA LVII.

In Detractores.

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN

Abeantes Pharisæi consilium inierunt, ut caperent Iesum in sermone. Matth. 22. v. 15.

*s. r.
Detractores
boni nominis occasionem arripiant, nescio quò abeant ac risu smilet.*

Q Vot hodieque Pharisæorum discipuli & Herodiani sunt, qui ut proximum suum in sermone capiant, ut diminuendi bodiernu Phao boni nominis occasionem arripiant, nescio quò abeant ac risu smilet. confili-

consilium nequam ineundum. Abeuntur pharisei quod abierunt? extra salutis semitam, extra charitatis orbitam, extra regiam iustitiae viam. quo abierunt a Iesu qui est Vix, veritas, vita, quod abirent nisi in devium, in labyrinthum & mendacium, in vitiorum circulum, in mortis & damnationis barathrum. huc huc properant, quotquot Pharisaeorum frequentant curiam, curiosi accurantes, quæ via & methodo bonum proximorum nomen, quod est divitias multis melius, diminuere, cavillari, caluniarri. & grandi infamia nota configere valeant: sique capere non possint in opere, capiant in sermone, ut habet græcus codex, illaqueent in verbis suis. Pharisæi quod abierunt? interrogat Oator aureus homil: 42. in Imperfetto & respondet: ad Herodianos, qui in diaboli iniquitatibus ambulabant, diaboli adiutoriorum necessarium habent. Herodianis associare se non verentur detractores Pharisæi, ut quod Herodes gladio hoc ipsi lingua sua efficiant, trucident scilicet innocentes, obtrūcent gratiarum filios Ioannes, illudant ipsimet Regi gloriz, vitæque authori. Herodiani ex tempestate erant tributorum Cæsareorum exactores, ut docent D. Hieronymus cum Origene, Albertus Magnus cum Thoma Aquinato, cum Paschasio & Cyrillo Alex. Eusebius Emissenus, adeoque vulgari nomine Publicani appellabantur. Publicanis nihil meliores sunt alienæ famæ detractores, contra quos fit utinam mihi hodie ferrea vox ut a via quam inambulant pessima infernoque proxima ad salutis vitæque tramitem duce & auspice Christo reducantur. Capite ò detractores sermonem hunc in Iesu nomine, ut caveatis portò lesum capere in sermone.

*s. 2.
Detractores
passim plurimi* Poetarum de Cadmo fabula verissimam hodie transit in historiam. dentes enim serpentum seminasse Cadmus dicitur, ex quibus armati, mox milites crevère, inque exdem mutuam corruerunt. Vix urbem, immo nec pagum esse puto, ubi dentes Cadmei copiose non sint proleminati: Dentes bestiarum multam in eas serpantium. Detractorum certe copia tanta est, ut verissime S. Paulinus scriperit epist. 14. pauci sunt qui huic virtu renuntient, & raro invenies, qui sic ritam irreprehensibilem exhibere velit, ut non libenter reprehendat alienam tantum, huius malitibido mentes hominum invase. ut etiam qui procul ab aliis vixii recesserunt, in istud tamen tanquam extremum das-

boli laqueu cadant. Inter quatuor maledictas generationes suprema seu quarta est, quæ pro dentibus gladios habet proverb. 30. v. 14. Tales gladios immo gladiatas passi non est videre, sed gladius earum intret in corda ipsarum. Nocet pestilens halitus speculo, nocet sordida manus lilio, nocet hircus horto, caprea oleæ, grande viti, plus lingua detractoria urbi & orbi. Quarta Ægypti plaga fuit musca canina, vocaturque plaga gravissima Exod. 8. v. 24. & canis & musca symbolum est detractorum: gravissima certe in civitate plaga est, si vel unica eiusmodi canina musca reperiatur.

*s. 3.
Peccatum detractionis gravissimum.* Detractio grande crimen est, ait, S. Bernardus, sive ut D. Chrysostomus: grave malum est detracatio, vis scire quantum malum? detracatio per se loquendo est peccatum mortale, inquit D. Thomas. Concionatori Apostolico cogitanti, contra quod vitium sibi fulnandum esset, ideoque Spiritum S. implofanti, linguas ex inferno ascendentibus videre sibi visus est, & articulatam insuper vocem cœlo lapsam audijt: hec est via ad infernum. & ecce apparuit anima damnata in corpore igneo, linguam protendens ignitis muscis caninis plenam, quam identidem commorsam vorabat, sed crescebat continuo. tum damnatus: ab hoc tormento non liberabor in æternum. veniet tempus, quo socios habebit ex hoc auditorio, qui nisi pœnitentiam agant, similiter peribunt. veniet tempus, quo rodere & mordere vestras cogemini linguas, linguas ignitas, & igneis insectis plenas, atque ab hoc tormento non erit liberatio in æternum. Iam iam in via multi & orco vicini sunt, redeat qui potest, dum tempus est. Clericus alius pertinaciter impœnitens obiit, & ex condicto apparuit superstiti Sodali, enarravitque seriem suæ condemnationis: Terribilem visum iudicem, heu! quales vultus videre coactus sum, ille me scintillantibus intuitus oculis fulmineam contra me vocem intonuit: reddo rationem; cur detraxisti & interea videre & audire omnnes debui, quibus in vita detraxeram unâ concludentes voce vindictam, & meritam à iusto iudice sententiam. His ego cum nec respondere, nec vultum iudicis sustinere possem, desperavi & obivi, raptatus in momento ad tormenta, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, ò si haec infer-

infernium poenarum immanitas in cor nostrum ascenderet, obrigiceret certe lingua ad omne detractionis periculum, nec alius
ud atuctare cor posset verbum, quam in proximi laudem & tu-
telam verbum bonum. Decrevit Vespasianus Imperator, ut
Detractores cæderentur fustibus; Marcus Antonius, ut capite
plecterentur; Augustus vero, ut vivi exurerentur. at hæc omnia
supplicia nec umbra eorum sunt, quæ vindex iustitia maledicis
detrahentium linguis preparavit. Damnatum epulonem id-
circo in lingua vehementius, quam membris cæteris cruciari, quo
carnes crudas in vivis devorarit, famam videlicet rodendo alie-
S. Gregor. nam (quod carnes crudas edere vocavit Pythagoras) satis con-
hom. 40. in stat. O lingvati epulones, o titiones infernales, quanti vos cru-
ciatus manent in gehenna, nisi citò favere linguis, & arrosam,
abrasamque aliorum famam quantocuyus integrare modis omni-
bus contendatis.

S. 4.
Detractores
Deo odibiles
similes corporis
prov. 24. v.
9. Rom. 1.
v. 30.

Quam severam tam veram adversus detractores protulit sa-
pientissimus Regum sententiam: *abominatio hominum detractor*, sed
nec hominum modo (quod tolerabile fortassis foret) sed Dei ie-
psius abominatio est omnis detractor, ita asseverante Paulo: *de-*

Iosann. 14.
v. 27.

tractores Deo odibiles, sint licet flagitia alia divinitati ad-
modum adversa, detractionis nihilominò vitium præ cæteris ce-
xosum est & execrabile. Detractores Deo odibiles, quia in-
ius Dei involant, discordias concitant, testamentum Christi
(quod est: *patem relinquo vobis, pacem meam do vobis*) pessimum dant.
Detractores Deo odibiles, quia dæmonis munus implente, Anti-

S. Bernard.
com. 2. serm.
29.

christi præcursores agunt, pestem rebus publicis afflant: qui
detractioni studet, diabolo servit & turbulentus dæmon est, inquit S. Chry-
sostomus in ps. 100. Detractores Deo odibiles, quia impuden-
tes plusquam canes, crudeles plusquam leones. aptissime Da-
Bernardinus: *detractor crudelior feru merito comprobatur*: leo leoni pare-
cit, lupus lupum non comedit, & quasi omnes sera crudeles, aliu sera generis
sui parciunt, solus detractor sibi similes satagit, devorare. Postquam Iere-
mias de Solyma dixisset: *frons mulierum meretricium facta est tibi, noluisti*
erubescere c. 3. v. 3. adiungit: *in viu sedebas expectans eos quasi latro-*
sepiuginta habent: sicut corsus, hebræus: sicut arabs. Latrones
obliviant eos, qui transeunt & subinde comites se iungunt,

viam

viam in silva monstrare se singunt, sed in perniciem viatoris,
ita detractores; & sicut corvi in vijs sedent præ foribus, stant
in foro, iacent in fenestra, ingrediuntur alienas domos, ut for-
ibus sese pascant & oblectent. Corvo proinde S. Augustinus S. August. I.
detractorem comparat, & quidem corvo ex arca Nœmi emissio, 12. c. 20.
nec redeunti, ed quod cadavera in diluvio natantia reperisset, contra Fau-
stum.
Per quæ subsiliens laniabat, pabulabatur, crocitabat. Columba
vero confert virum probum, qui pro ramo olivæ honestatem, &
proximi sui commendationem refert ore columbino. quanquam
& corvis peiores detractores: corvi enim mortuos, at detracto-
res lacefunt vivos, corvi cadavera non eruunt; hi vero pri-
dem incineratos adhuc maledicis dentibus impetunt. Corvi in
tempestate scintillas rostro circumferunt, quia igneas exhalatio-
nes (quæ eo tempore, quo fulmina generantur, decidunt) car-
nes crudas esse putant & arripiunt, at detractores carbones defo-
latorios devoraturi sunt, carbones iuniperorum, ut vertit Hierony-
mus in psal. 100: quia hi diutissime servant ignem. In vita B.
Arnulphi Metensis Episcopi refertur, quod cum Praefat sanctus
in processione dæmonem ex semina expulisset, Noddo quidam
detrahere Praefati capit ac dicere noster Episcopus etiā homo est,
& domi suæ alit malæ famæ homines, at non absuit diu vindicta;
proxima enim nocte ignis domum Noddonis corripuit, & de-
tractorem cum socio sceleris ita exussit, ut toti ardere sibi vide-
rentur, & aquas aquas inclamarent ac vix tandem servari potue-
rint semiaffi, damnoque suo discere fugiendam esse linguam,
quam inflamat gehenna.

S. 5.
Similes item
serpentibus.

Non corvis, sed serpentibus detractores assimilat Ecclesi-
ates c. 10. v. 11. si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui
occulte detrahit, quam similitudinem approbans Sapientia incar-
nata, serpentes inquit genimina viperarum, quomodo fugiet à iudicio ge-
hennæ Matth. 23. v. 33: ciuismodi serpentes fuere, qui Christo cru-
cifixo detraxere moventes capita sua & dicentes: *vah qui de-*
struis! sibilaverunt. & moverunt capita sua Thren. 2. v. 15. quisquis
proximo detrahit, serpens est, & denuo illudit Crucifixio: quod
enim sit proximo, sibi factum Christus reputat. Malefici sunt,
qui certis diebus a dæmonie designatis, sagittas in imagines Cru-

cifxi emittunt, eosque momenta vulnerant, quos intendunt, et
quondam nullibus missum dstant, & fortissimis arcibus fo-
rent munati. similiter detractores serpentinis suis linguis velut
sagittis, dum vivas Dei imagines feriunt, Christum feriunt, &
Christum citius, quam proximum, priusquam enim verba de-
tractionis proferant, iam in animo detractores sunt, iamq; Chri-
stum læserunt, & per cor illius sagittas suas in proximum emi-
serunt. Quod uni ex minimis fecisti, mihi fecisti, non po-
test a detractor lædi proximus, quin una lædatur Deus. Nar-
rat Delrio tom. 2. l. 3. q. 4. maleficis persimiliare esse, ut cere-
as eorum imagines, quos excarnificare intendunt, igni admo-
veant, acubus pungant, quæque in imagines exercent, eadem sen-
tiant iij. quorum sunt imagines. Resentit pariter Deus, quidquid
vivæ sunt imagini a detractoribus infertur infamia, eritque tem-
pus & illud opinione nostra citius, quo ultionem de detractori-
bus sumet, & serpentes illos maledicet: quoniam repente consurgat
perditio eorum. Proverb. 24. v. 22.

Vipera con-
fertur detra-
gor à S. Bern.
confertur.
serm. de tri-
plici custod.
Draconi à S.
Bernardino
tom. 2. serm.
19.

Serpente crudelior vipera est, viperis immanior draco,
vipera & draconi detractor a Divis Bernardo & Bernardino
fulminat Bernardus) ferocissima planè: nimirūm quæ tam lethali-
liter tres inficiat flatu uno. Severius Bernardinus in illud A-
pocalypse c. 12 v. 3. ecce draco magnus, rufus, habens capita septem &
cornua decem: & cauda eius detrahebat tertiam partem stellarum celi, & mi-
sit eas in terram. Per rufum hunc draconem intelligit detractorem,

immanc omnino monstrum, quod quidquid in proximo illustre
& coeleste conspicatur, mox ab alto bonæ existimationis celo
detrahere conatur, ut non amplius talis esse credatur, qualis e-
rat vel apparebat. posuit in excelsum os suum, iniuriam in
excelsis locutus est. Nec uno solùm modo, sed vario ex capite
ruinam proximo detractor molitur Bernardinus: de-
tratio est secreta bona occultare, ecce primum draconis caput, occulta
bona denigrare, ecce secundum, bona in mala invertere, ecce ter-
tium, bonu mala misere, en quartum, occulta mala manifestare, ecce
quintum, auditu mala augmentare, ecce sextum, septimum denique,
crimina falsa imponere, qua sunt septem draconis (detraktionis) capitula,
de quibus

de quibus Iohannes ait: habens capita septem. Quodsi per hunc draco-
nem caput reproborum omnium Luciferum intelligas, aio ger-
manissima draconis huius genimina esse omnes detractores.

Idem certè detractor est, quod diabolus vel calumniator.
unde Paulus monens i. Tim. 3. mulieres servitijs Ecclesiæ subor-
dinatas oportere esse non detrahentes, in græco textu posuit: non
diabolitas. primus detractor diabolus ipsimet Deo detraxit & men-
dacem appellavit: nequaquam mortemini Genes. 3. totumque illi-
us studium esse detrahere sanctis, calumniari, accusare; unde Iob
i. v. 9. legerè est, quomodo Deum in laudes Iobi effusum præ-
sumperit interpellare & iactare: nunquid Iob frustra timet Deum?
nunquid amicus ad ollam est? vitrea est amicitia: quæstuoſa
pietas. Detractores appellari dæmonis partus audivimus Io-
ann. 8. v. 44. vos ex patre diabolo estis. ille homicida erat ab initio: ho-
micide sunt omnes detractores: hi etiam qui aliena vita detractione
pascentur, alieni proculdubio carnibus saturantur. S. Greg. lib. 14. mo-
ral. c. 25. Lepide Guilielmus Peroldus dicit diabolum Dei si-
mum, facere id diebus imò horis singulis, quod Sacerdos facit
in Ecclesia diebus dominicis, dum circuit & aspergit aquâ homi-
nes, in faciem tamen & non à tergo, diabolus autem cum a-
qua maledicta & turbida detractionis circuit mundum, & col-
luttat homines. vocat proinde Peroldus os detractoris vas a-
quale diaboli iuxta id psalmo 13. quorum os maledictione plenum est.
Severus Chrysostomus: qui detractioni studet, diabolo servit, & turbu-
lentus dæmon est.

s. 7.
Detractores
similes diabolo

S. Chrysost.
in ps. 100.

Alij detractorem vocare non dubitant dæmonis barbitonfo-
rem, cui pro novacula acutissima est lingua dolosa prout Doego
fuit. contra quem innocens David ps. 51. totâ die iniustiam cogita-
vit lingua tua: sicut novacula acuta fecisti dolum quis Doegus fuerit i.
Reg. 22. describitur, regiorum pastorum præfectus, in omne
projectus flagitium, qui summum Sacerdotem Achimelech ob-
panes sanctos & Goliathi gladium fugitivo Davidi commoda-
tum ad Saulem Regem malitiosè detulit, effecitque, ut cum o-
ctoginta quinque Sacerdotibus Maximus Pontifex Regis quidem
imperio, Doeg autem ferro contrucidaretur, detrectantibus ce-
teris satellitibus, quibus id à Saule mandatum fuerat, sacrilegas
cruen-

cruentasque manus Dei ministris iniūcere, nimis rūm ad nullum non facinus detractor quilibet promptus est ac paratus, sicut novacula acuta fecisti dolum. Inungitur smigmate mentum novacula radendum, ita detractor ut facilius peruvadeat, laudem & commendationem præfert: simu quia verax es, & viam Dei in veritate doce, & non est tibi cura de aliquo. ò novacula dolosa, quæ aliud non spectat, quam ut laudatus depiletur, deglubatur excorietur.

Figuram eiusmodi tonsorum non illepidam in Rege Ammonitarum Hannon aspicio, de quo 2. Reg. 10. legere est. Miserrat humanissimus David intentione sanè optimâ sincerissimâque legatos suos ad Hannonem Ammonitarum Regem, defuncto patri suo Naas parentantem, ut amicum Davidis colluctum testarentur. verùm pro commiserationis benevolentiaque officio insignis legatis regijs calumnia infertur, publicum enim in ludi- brium contra ius omne gentium viris honestissimis pars barbæ ac capillitij dimidia raditur, togæque ad eas corporis partes præciduntur, quas nudari vetat pudor. hoc erat insigniter tondere, sed & hoc erat tonsuram fatalem in caput proprium accersere. non tulit contumeliam David, sed conflato ocyùs exercita semel iterumque Ammonitas profligat, octoginta septem millia hostiū trucidat, metropolim Ammonitarum Rabbatham occupat, inque contumeliaz ligatis illatæ ultionem stirpitus evertit & solo æquat, incolarum vero reliquias carpentis ferratis super eas agitatis fœde laceravit, cultris & ferris dissecurit, gladijs securibusque truncavit, ignibus fornacum lateritiarum cremavit, crudeli usque supplicio, nisi divina Iustitia in eo adumbrare voluisse, quanta infamibus famæ alienæ tonsoribus parata sint supplicia, ferræ, secures, rhomphaæ, fartagines, & tormentorum monstra, quibus dicacitatem & dolos suos luant, nec eluant æternum.

*s. 8.
Lingua detrac-
toris est lan-
cea transfolia-
ens latus Chri-
sti.*

Hæc omnia in linguam detractricem prolata non ita me com-
movent, sicut illa Bernardi acutissimè auræ & corda penetrans
sententia, quæ detestabilem hanc linguam ipsâ lanceâ in cor Ie-
su immissâ acutiorē pronuntiat: nunquid non est lingua ista? proscœd
& acutissima, que tres penetrat uno iclu, loquentem, audientem, diffamatum,
nec vero eiusmodi linguam ipso etiam mucrone, quo Dominicum latus confessum
est, crudeliorem dicens verearū. Fodit enim hac quoq[ue] Christi corpus, & mem-
brum

brum de membro, nec iam exanime fodiendo. dictum eleganter! mortuum corpus lanceâ vulneratum est, vivum & immortale in vi- ventibus & immortalitati destinatis membris vulneratur. Spi- ranti etiamnum Christo magis doluere infamatrices linguz, quam flagella, quam spinæ, quam clavi & crux, quia non post verbe- ra, sed verba eorum, quorum guttur erat sepulchrum patens, os maledictione & amaritudine plenum, venenum aspidum sub la- bijs, post verba inquam eorum patientissimus Dei filius a Patre suo se derelictum testatur: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me! clavis sacros pedes terébrantibus fossisque manibus (verba sunt D. Cypriani serm. de pass.) de vulnerum anxietate non lo- queris, de spinis sacrum caput pungentibus non quereris, sed sa- tagis, ut innotescat posteris, quare derelictus a Deo videaris, expositus contumelijs & ludibrijs iudæorum. Non absimiliter Chrysostomus: in patibulo pendente omnes amari eum impetunt verbis, que rebus ipsis graviora videntur. Non potuit Verbum incarnatum configi gravius quam linguis detractorum.

Sed iam verba & vox me deficit ad fulminandam pro merito linguarum detractriarum insaniam. non fulminabo, sed su- spirabo & cum Bernardo finiam exclamante: non veniat anima mea in concilio detrahentium, quoniam Deus odio eos habet di- cente Apostolo: detractores Deo odibiles. quam sententiam Deus ipse loquens in psalmo, audi, quomodo affirmat: detra- hentem inquit, secretò proximo suo hunc pericuebar. nec mi- rum, cùm hoc præcipue vitium charitatem, quæ Deus est, & qui- dem cæteris acriùs impugnare & persecuti cognoscatur. omnis ergò qui detrahit, ferit charitatem, & quantum in se est, fun- ditus necat & extinguit non solum in præsentibus, sed in abien- tibus universis, ad quos volans verbum forte per eos qui præsen- tes sunt, contigerit pervenire. Vides quam facile & in brevi- angentem multitudinem animarum velociter currens sermo tabe- malizæ huius inficere possit. unus est, qui loquitur & unum tantum verbum profert, & tamen unum illud verbum uno in momento multitudinis audientium dum aures inficit, animas interficit.

S. Bernardus
serm. 24. in
eant.

PHILIPPICA LVIII.

In Procrastinatores.

DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN.

Filia mea modo defuncta est. Matth. 9. v. 18.

S. 1.
Vituperio potius quam laude dignus Ar- chisynagogus. **L**AUDANT ALIJ ARCHISYNAGOGUM IAITUM VELUT VIVUM PRUDENTER & CHARITATISQUE SPECULUM, Eò QUOD PRO DEFUNCTÆ SALUTE SILENTIÆ AUTHOREM VITÆ ABSQUE MORA INTERPELLARIT, NEC OBRIGESCERET CADAVER, MULTOQUE MINUS CONDI IN URNAM, AUT INFERRI IN SEPULCHRUM PASSUS FIT, SED CALENTISSINI MOX VOTIS MANUMILLAM, QUÆ PERCUTIT & SANAT, DEDUCIT AD INFEROS, & REDUCIT, EXOSCULATUS & OBTESTATUS FIT: *VENI IMPONE MINAMI.* LAUDENT, INQUAM, CUM PETRO CHRYSOLOGO EXIMIAM EIUSDEM PRUDENTIAM, CUM ESSet ARCHISYNAGOGUS, LEGIS NOTIUM HABEBAT, & VERBO CETERA, HOMINEM MANU DEI LEGITRAT ESSe FIGURATUM, CREDIDIT ERGO EADEM MANU, QUÆ CREATAM SENSERAT FILIAM, RECREARI & REDUCI POSSE AD VITAM. EGÓ VERO NEC CHARITATEM ILLUS PRÆDICO, NEC PRUDENTIAM SULPICIO, SED PARRICIDAM NON PATREM, CRUDELEM NON MISERICORDEM, STOLIDUM NON PRUDENTEM, TARDUM NON VELOCEM PRONUNTIO, QUIA DEFUNCTA PRIMUM FILIA AD MEDICUM & VITÆ RESTAURATOREM ACCESSIT, DEPREHENDO. SI ENIM PATER, SI FILIÆ AMANS, SI SANITATIS EIUSDEM PROCURANDÆ AVIDUS FUIT, CUR PRINCIPII MORBI NON OBSTITIT, CUR AGONIS SUSTINERE ANGUSTIAS, AMARITUDINEM MORTIS DEGESTARE & TERRIBILUM OMNIUM TERRIBILISSIMUM SUBIRE FILIAM PERMITTIT? CUR TEMPORI AD CHRISTUM NON ACCURRIT? SI PRUDENS FUIT, CUR PRÆVENIRI A MORTE MALUIT, QUAM PRÆVENIRE AD VITÆ AUSPICEM? CUR SUPPLICEM UT GEMINA POLETA FOTORES MARTHA & MAGDALENA QUANTOCYÜS NON CONCINNAVIT EPISTOLAM, EIDEMQUE CITO INSCRIPTIT, UT CITISSIMÆ DE REDDITA FILIAE GRATULARI EIDEM POSSEMUS? IAM VERO NEC GRATULOR, NEC PLAUDO, SED IN ARCHISYNAGO GO OMNES ILLOS PARRICIDAS APPELLO, QUI NON

Chrysot. serm. 33.

Dominicâ XXIII. post Pentecosten.

83

NON CARNEM & SANGUINEM SUUM VELUT FILIAM, SED MELIOREM SUI PARTEM, ANIMAM, INQUAM, MORTALISSIMAM OBIRE MORTE PERMITTUNT (ANIMA ENIM QUAE PECCAVERIT, IPSA MORIETUR EZECH. 18.) NEC MORTUÆ CURAM GERUNT & RESUFCITARI PER SACRAMENTALEM MANUS IMPPOSITIONEM AD VITAM GRATIAE CURANT, VERUM PÆNITENTIAM SUAM DE DIE IN DIEM, IMMO MENSEM, ANNUM, IUSTRA, DIFFERENDO, MULTOS SIBI VITÆ MENSES, ANNOSQUE AUFERUNT, & PRÆMATURÆ FESCE MORTI MANcipant. OMNIS ENIM QUI VENIAM DIFFERT, PRÆPROPERAM SIBI NECEM INFERT, OMNIS PROCRASTINATOR SUI IPSIUS EST HOMICIDA.

S. 2.
Dilata pænitentia abbreviat vitam.

LAUDI DUCEBANT GENTILES, SI SEMETIPSOS IN ADVERSA FORTUNA EXANIMARENt, UT CÆ RATIONE FORTUNAM VINCERE & CASUS DECLINARE GRAVIORES VIDERENTUR. TALES ORCI VICTIMÆ FUERE CATO, SCIPIO, FABIUS, BRUTUS, ANNIBAL, CLEOPATRA, OTTO, & ANTE HOS SAUL, ACHITOPHEL, IUDAS. CONTRA QUOS NON FACI MODÒ FED & PROFANI SCRIPSERÉ: INTER QUOS SENECÆ EP. 24 *IMBETILLUS & IGNAVUS* EST, QUI PROPTER DOLOREM MORITUR. NEMO VITAM SIBI IPSI DEDIT, NEMO EANDEM SIBI TOLLERE POTEST; DOMINUS NOSTER VITÆ DEUS EST, QUI TEMPORA & MOMENTA IN SUA POSUIT PETESTATE. SED UT CONTRA HANC MULTORUM AMENTIAM NIHIL DICAM HODIE, MAIOR ADHUC EORUM INSANIA MIHI VIDetur esse, QUI CUM VITAM SUAM UNICÈ DILIGANT, NIHIL OMNIS PÆNITENTIAM PRO ADMISSIS SCLERIBUS AGERE RENUUNT, EX CUIUS NEGLECTU VITAM RESCINDI OMNINO NEECESSA EST. PROBAT HANC SENTENTIAM M. GREGORIUS LIB. 2. IN REG. IN DUOBUS FILIJS HELI, QUOS IN FLORE ÆTATIS & DELICIORUM MORS INTEMPESTIVA TRANSMISIT AVERNO, QUIA INDICATAM à PUERO SAMUELE PÆNITENTIAM AGERE DISTULERUNT. UNA ERGO DIE AMBO MORIUNTUR, QUIA IN APPETITU MUNDANA FELICITATIS INTEREUNT, HOC EST, UT EGÓ MIHI QUIDEM INTERPRETOR, QUIA DELICIAS HUMANÆ VITÆ AMARITUDINI PÆNITENTIÆ POSTHABUERÉ, & HANC IN SENIUM USQUE DISTULERUNT, FLORIDO TEMPORE UTENDUM RATI, IDCIRCÒ MORTI DESTINATI SUNT. MONET PROINDE ECCLESIASTICUS C. 5. V. 8. NÈ TARDES CONVERTI AD DOMINUM, NEC DIFFERAS DE DIE IN DIEM: *SUBITO ENIM VENIET IRA ILLIUS*, QUIA ANIMAM à CORPORE, HOMINEM à DEO SEPARABIT, LACESSENTE DIVINAM IUSTITIAM PECCATORE, UT ANTÈ TEMPUS MORTEM TANQUAM PECCATI STIPENDIUM IMMITTAT.

INGENIOSA OBSERVATIO CHRYSOSTOMI EST, CUR IJ QUI PÆNITENTIAM DIFFERUNT, CITIUS IJS MORIANTUR, QUIBUS CURÆ EST TEMPESTIVA PÆNI-

L

pœnitentia / Petrum cogita & Magdalenam, quorum is quatuor superat iusta, hæc quinque. at verò Pharao, qui corvinum cras Exod. 8.v.10. cras repetebat : cras dimissam populum, spatiū pœnitendi non invenit Dives Evangelicus eadem nocte abripitur : Sodoma in Thren. 4.v.6. momento, ut canit Threnographus, subvertitur, & causam dat: quia impœnitens inveteratur in malis, quod autem vetustum est, morti debetur. E contra pœnitentia semper innovat ætatem, ut dicere cum Psalte pœnitente possit: introibo non in sepulchrū, sed ad altare Dei viventis, qui latificat iuventutem meam. Audiamus Chrysostomum exponentem illa Pauli verba Rom. 6.v.4. in novitate vitæ ambulemus. cum audi novam vitam, magnam mutationem quære. siquidem pecuniarum amor, absurdarum appetitionum servitus, deniq; quodvū peccatum senem efficiere eum potest qui illud commiserit. quod autem inveterasit, iam & consenescit, interitui proximum est. Quam suam sententiam confirmans hom. 7.ex varijs in Mateh. aliud assert argumentum. amat enim mortem, qui vita pœcepta non servat. & horret vitam, qui peccata morti debita desperatè mente frequentat. ut enim per observantiam legis vita acquiritur, ita per contemptum mors à consumacione invenitur. Haec id Chrysostomus à Sapientissimo Regum proverb. 5.v.22. iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringentur. ipse morietur, quia non habuit disciplinam ecce præproperæ causam mortis, quia disciplinam non tenuit: quod à gentilibus quoque observatum est. Euripides enim de morte dorum herorum Polinicis & Etheoclis loquens: non ex fato, non ex fate haec cædes, sed ex furijs Non ex voluntate Dei, sed ex furia voluntate sua præmature multi obeunt, furias ultrò inferno evocant, Parcas ad abrumpendum vitæ filium provocant, in mortis finum ultrò se præcipitant. Altissimo sensu locutus est D. Cyrillus Alexandrinus orat. de exitu animæ: qui dicunt: peccamus in iuventute, & in senectute ad meliorem sensum redibimus, & à demonibus illuduntur ac iridentur, quoniam qui ultrò peccant, ei ad sanitatem redire non datus, sed in iuventute mortu falce demetuntur. consanescunt vicissim, qui tempori respicientes pœnitentiam non procrastinant.

S. 3. Videamus id apertissime expressum in duobus Regibus, altero Solymæo, Samaritano altero Ezechia & Ochozia. cecidit O'esterata viso chozias per cancellos cancelli sui & agrotavit, misitq; nuntios dicens: ite, consulite

consulite Beelzebub 4. Reg. 1.v.2 quid expectamus? Rex ægropatologas, praetata, & nihil non agit, ut consanescat. interea Deus Eliam suborat, qui hæc regijs nuntijs in aurem ingerat Regi referenda: hec est in Ezechia dicit Dominus, quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub de-Ochoria. Accaron, quasi non esset Deus in Israel, a quo posses interrogare sermonem, idèo de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Ecce Regem infirmum, mortique sine misericordia destinatum. Iam oculos in alterum convertamus Regem (de quo lib. 4. Reg. c. 20.) iam iam moritarentem Ezechiam, qui convertit faciem suam ad parietem, & oravit Dominum v.2. & 3. quo putamus fructu: antequam egredetur Ierbas medium partem atrij, factus est sermo Domini ad eum dicens: revertere, & dic Ezechia duci populi mei: hec dicit Dominus Deus David patrū tui: audiri orationem tuam, & vidi lacrymas tuas, & ecce sanavite, die tertio ascendas templum Domini, & ad adam diebus eius quindecim annos. Moritur Ochozias citius quam aliquoquin moriturus, quia ad Deum se non convertit, nec pœnitentiam egit; vivit Ezechias, & quidem quindecim annis diutius, quam aliquoquin vixit, quia pœnitentiam non differt, sed ad templi parietem conversus gemit plorat, obsecrat. Vitalis nimurum est pœnitentia, impœnitentia verò homicida. Assuratus Deus Ezech 33.v.11. nolo mortem impy sed ut convertatur (citò convertatur exemplo latronis, qui nec salutis tempora sciens diliguit, nec religionem ante, nec Christum scivit ait Eusebius Emissenus hom. de lat. & addit: ex hoc in extremo placuit Deo, quia ad consequendam salutem non fuit extrema hora illa, sed prima) ut convertatur inquam, & vivat: Conversioni vita adiungitur, quasi idem sit pœnitentia quod vita, unde Tertullianus lib. de pat c.4: sic verba Ezechielis ponit: pœnitentiam malo quam mortem, & infere ergo pœnitentia vita est, cum præponitur morti. e contra impœnitentia mors est, iuxta illam S. Ambrosij lib. de Elia c. 22. gnomulam: dum deters gratiam, mors appropinquat. Ita distulit ex Orientalibus Imperatoribus Anastasius Dicorus anno Christi 518 & Otto III: anno Christi 1002. teste Baronio ad citatos annos. Anastasio vir horribilis visu apparuit, trucique vocis sono digitum in lumen intendens dixit: en ob improbitatem tuam tibi quatuordecim annos vitæ deleo. Accidit hoc anno imperij vigesimo octavo,

octavo, quo & fulmine percussus interiit. Recurisset infelix ad poenitentiam, & servasset quatuordecim annis imperium, forte & quindecim annos vivebat, ut Ezechiel quondam Deus illi adiecerisset. Otto III. Crescentium innocentem Romanorum Consullem de medio sustulerat, ideoque a S. Romualdo monitus penitente sponspit quidem, & seculo se renuntiaturum, & monasticam vitam amplexurum, sed distulit de die in diem, priusque Romam sibi expugnandam decrevit, quā captā in Crescenti occisi viduatam coniugem velano exarsit amore, nec diu a navit, sed amore in odium (ut fieri amat in immoderata amantibus) paulo post converso repudiavit pellicem. hęc verò simulatio dolore, sub gratae mentis memoria chirothecas veneno illatas Imperatori obtulit, itaque procrastinatorem poenitentiae sustulit. Exclamat nunc Augustinus serm. 16. de verbis Domini: scio ergo & mecum omnis homo, qui paulo ante consideraverit, neminem Deum timentem sub verbis eius non se corrigeret nisi qui putat, quia plus habet vivere. Ipsa res est, quae multos occidit, cū dicunt cras cras, & subito ijs, qui de die in poenitentiam differunt, ostium clauditur. Remansit foris cum voce corvina, quia non habuit gemitum columbinum. Cras cras corvi vox est. Hucusque Doctor Hippomensis.

s. 4
Procrastinatores poenitentiam, & hoc ipsum secuturi infortunij omen est longe pessimum. Corvus germanus à rapiendo dictus videtur, corvis similes. natus siquidem ad furtarum corvus est. Matthiae Corvino annulum cum smaragdo sustulit, quem tamen Rex, corvo per ictum sclopeti delecto, recepit. S. Columbano Abbati chirothecam rapuit, alijs alia. Procrastinata impoenitudo non modò annum aeternae desponsationis, sed ipsum etiam digitum paternum dexterum, nec tantum chirothecam, sed etiam immortalitatis, imò nec aeternam modo vitam, sed temporalem quoque surripit. Duo callet ut sic dicam, idiomata Corvus, latinum & germanicum. Cū illi benè est tempore sereno & innubi videtur latum crascras ingeminare. Cū cælum obnubilatur, & in pluviam disponitur resorbet vocem illam, & declinat risum in lugendum: Klags Klags ut adnotavit Aldrovandus lib. 12. ornitologia omnino

omnino procrastinatores favente populari aurā differunt poenitentiam, in adversitate conqueri & conteri volunt, sed ferō. Amani corvina vox excidit & pessimi ominis loco fuit. Fortuna enim fauente, crastinum sibi polliceti ausus, vocem corvinam iactitavit: apud quam etiam cras trax transversus sum Esth. 5. v. 12. sed die crastino corvis in prædam cessit. Amanes hodie plurimi, qui Reginæ cælestis gratiam sibi spondent in crastinum, & crastinum non vident. Columbas non corvos amat Regina. Somnianit corvos pincena regius, & ab aruspice Iosepho audijt paratum sibi patibulum, in quod successurus esset die tertio. non somniant coruos, sed vigilanter corvos agunt, & suam sibi crucem præcinctunt, quotquot conversionem suam procrastinant. Corvus civitati Niniue interitum præfigit: corvus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius Soph. 2. v. 14. Quæ sic interpretor. Crociant corvi, quid inde? attenuabo robur. breviaho annos, interitū accelerabo. Vbi vox corvi, ibi imminentis interitū præfigiū. Ite nunc, imò in malam crucem volate mali corvi, procrastinatores pessimi, homicidæ crudelissimis crudeliores. At quid dixi? ite? imò redite, convertimini & vivite! coruos exuite, cras cras in modo commutate, ac quoties animam vestram peccato mortifero defunctam animadvertis, columbino gemitu repetite: modò desuncta est, modò peccavi, miserere! modò miserere!

Audi procrastinator, tu, tu sterilis illa vinea es, à qua Dominus tuus expectavit uvas, tu verò post moras & remoras non nisi tulisti labruscas, iam iam hora imminet, quā iubente Deo vindice diripiari & desoleris. tu, tu infelix illa ficalnea es, quæ triennio conatum spemque omnem agricolæ elufisti, iam excendi iubebere. Tu illa silvestris arbor es, cui frustra eremita loanes poenitentiam clamavit, & iam securis ad radicem posita est. Quoties Ecclesiasticum monitorem habuisti. Non tardes converti ad Dominum. & ne differas de die in diem subito enī veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperderet. Quis naufragus differt arripere tabulam? non est opus, ut moneatur, monitorem prævenit, poenitentiam tu peccator ita invade, ita amplexare, ut naufragus aliquius tabulæ fidem, inquit Tertullianus & S Ambrosius: insiste fortiter, inhare tanquam naufragus tabule, alioquin nec tabulam habitus,

s. 5.
Similes item
sterili vinea,
ficalnea.

Ecccl. 5. v. 9.

turus, uti in diluvio Nōētico toti pœnè mundo contigit; in diluvio enim aquarum multarum ad eum non approximabunt. Quis hereditate pingui donatus non adit illico eandem, veritus fulmen legis civicæ: non est censendum heret, qui non festinas capere hereditatem. Quis capitalem hostem ferire potest & differt, alioquin cum Phryge illo serò ad Cannas sapiente Annibale excludaturus: cum potui, non habui voluntatem; cum volui, non habui facultatem.

Age ergo, quod agendum est, nē actum agas: citò convertere ad Dominum, & citò securus eris Sap. 6. v. 16. citò dole, nē citò deleat te Deus, procrastinantem enim citò delebit te Deut. 7. v. 4. citò divinam implora misericordiam & exclama: citò anticipent nos misericordie tuae ps. 78. v. 8. citò mortem animæ tuæ Medico coelesti expone, & sanitas tua cito orietur. Isa. 5. v. 8. citò cum prodigo ad Patrem benignissimum revertere, ut mandet Angelis suis de te: citò prospere solam primam. Luc. 15. v. 22. ex templo hoc pedem non effer, quin prius revertaris & convertaris corde contrito ad Salvatorem tuum, qui tibi per me inclamat: revertere de Babylone, de umbra mortis, de portis gehennæ nunc citò, si quo minus, veniam tibi citò; ecce venio citò etiam venio citò, Amen

PHILIPPICA LIX.

In Derisores.

DOMINICA EADEM.

Deridebant eum, Matth. 9. v. 24.

*s. i.
Multi etiam
num irrifores
Chrifti.*

Sæpius repeti audivimus fabulam, an historiam de duobus philosophis, Heraclito & Democrito, quorum hic nunquam non ridere, ille è contra fieri solebat, ambo vero hæc ratione sapientia titulum venabantur; in quos ingeniosè Poeta:

Ridet

Ridet Democritus, lachrymatur at Heraclitus,

Dignus est risu, dignus at hic lachrymis.

Nec semper flere, nec semper ridere sapientem decet:

Per risum multum poterū cognoscere stultum;

Per multum stultum vnde accersere lethum,

Tempus ridendi & tempus flendi. Nunquam tamen tempus est Deum irridendi, quod hodierni tibicines fecisse leguntur, eorumque exemplo faciunt omnes ij, qui Deum & divina pro deridiculo habent, itemque ij, qui canticis obscenæs delectantur, quos nec deridebo neque deflebo, sed quibus plausibus & lachrymis digni sint, brevissime insinuabo.

Irrisores huc adeste, audite, & si audetis, ridete. Imò irritores omnes quantocytus exeste ad imperantis Verbi vocem: recedite, in malam ex templo crucem abite. Vx vobis, qui ridetis. Parata sunt derisoribus iudicia & mallei percutientes fultorum corporibus prov. 9. v. 29. Deus non irridetur. Gal. 6. v. 7. tu Domine deridebis eos, ad nihil deduces omnes, qui ponere in cœlum os suū & in derisum ac similitudinem improprietati facerrimos Ecclesiæ ritus te authore institutos habere præsumperunt. Vx vobis qui ridetis, quia flebitis, vx qui spernitis, quia spernemini. Risi Michol Davidem coram arca saltantem, sed non impune; sterilitate enim risum luit 2. Reg. 6. Risere Samsonem Philisthæi: Vocate Samsonem ut ludatur & rideatur à nobis ut habent Hebræa, verum caro illis risus & lusus constituit Iud. 16. Risere petulantes pueri Elisæi calvitiem 4. Reg. 2. sed risus in luctum mox reversus est, cum geminis ursis in prædam dati, calvum scomma multis calvarijs piarunt. Vx vobis qui ridetis! parata sunt derisoribus iudicia & supplicia, tonitrua & fulmina, exitium & gehenna. Quid uetera repeto, nova sufficiunt deridentium austerrimè punitorum exempla.

Anno currentis tæculi tricesimo secundo, triginta milites ostendâ Edam Hollandiæ urbem reduces impiè irriderent catholicos, quorum templa expilarant vestesque sacras superinduti, cacinnum & plausum spectantibus heterodoxis moverunt. Vnus aliquis Sacerdotalem, ut vocant, planetam indutus, editio rem concedit locum, & in cribro fictam ex hollandico caseo hosti.

*s. 2.
Grandia da-
mna risus.*

*s. 3.
Tragica sacri-
legeridentium.
catastrophe ex
Ioanne Pelicio
in turri Babil
c. 16.*

PHILIPPICA LIX.

90

hostiam protulit, vasculum alias cum scopis loco aspergili ad portavit, singuli ludicrē saltantes cantillantesque, solenne illud Dominū vobisū. ingeminabant, quin & lurconum spississimum sacerdotali apparatu ornatum arbori alligārunt, & bombardis papyro oneratis petutum quasi mortuum sepelierunt, ac sepulchro rursus extractum deduxerunt in templum, ubi consules, quatuor cerevisiæ cupas in congiarij vicem elargiti sunt. Postridie unum Pontificis habitu indutum, mitrā & pedo insignem produxerē, cui perispicia nasa, manibus verò grandem cereum imponendo, acclamārunt: exure diei oculos, lege & intellige, ora & canta. Hæc 22. & 23. Februarij acta sunt. Die posterā histrionam repeterē constituerant, festo videlicet S. Marthæ; quæ in primam Dominicam quadragesimæ incidebat, sed risit irrisor res Deus. post quartam enim matutinam, fulmen in templum urbis delapsum, unaque dæmon in forma draconis caudâ velut immanni cometâ universam templi turrim complexus magnos flamarum globos ex fauibus evomuit, & quaternas templo vicinas ædes momento absumpit, vociferatus identidem articulatis vocibus: Dominus vobisū, blasphemias singulas, quæ pridie & nudius tertius milites sacrilege eructarant, reiteravit: Turris tota cum templo conflagravit, & sexaginta insuper ædes vicinæ solā parochiâ vetere, quam catholicus Sacerdos olim incoluerat, illæsā persistente, fuisseque universa ciuitas exusta, nisi vicini Hornenses & Munikendamenses succurrissent. Vx vobis, qui ridetis! ecce qui habitat in cœlis irridebit & subsannabit vos in in tempore malo, cùm vobis ex templo supervenerit. Nec cœlorum Dominus duntaxat interitus vestro ridebit, sed infernus totus ferali plausu risus vestros coronabit. Nuper in tractu Vivariensi Calvinista pervicax catholicos ritus ac potissimum cantum funebrem subsannare solitus cantum illum ruditum asinum appellabat, & asinum iotabatur, quoties catholicorum funera efferebantur. elatus & ipse paulò post funus fuit, sed more Calviniano cruce & luce destitutus. né tamen cantu & plausu careret, ecce tibi ingenitum asinum grandi ruditu obstrepentem, qui nullis lapidibus clamoribusque abigi potuit, donec sepulto cadavere, aliquot circa

Domina Eādem.

91

circa tumulum circuitiōibus peractus longo contentoque ruditi parentans disparisset. Tales merentur inferias & funeris sui comites, qui sacrificio sanctissimas ceremonias risu proseqvuntur; talem lessum & chorū expectent, qui in rebus pessimis latari, de rebus vero optimis ludum facere conservēre.

^{s. 4.} Non tam severa censuṛā digni sunt, quanquam censurā non ^{Risus in tem-} levī dignissimi, quicunque tremendi sacrificij tempore in Eccle- ^{pto intoleran-} sijs iocantur, fabulantur, cachinnantur. ^{dus.} Ó dæmonibus deteriores eos catholicos, qui rident, cùm contremiscere oporteret: ^{Jacob. 2.} demones credunt & contremiscunt, catholici se credere iactant & iocantur in conspectu immortalis Iudicis & multorum millium angelorum, ut ait Chrysostomus, frequentissima præsentia.

Hæc est desolatio in loco sancto, ex quo ruinas urbiū, intitum regnum, exitium orbis consequi est necesse. Potestates contremiscunt, Archangeli attonantur, Principatus & Dominationes incurvantur, Cherubim fulmineos enses strungunt, Seraphim fulmina minantur & tu rides? In conspectu Imperatoris ait Philo de leg. vel ridere periculosest alijs, quād valde familiariibus. Risit Maximilianus Buranus Carolo V. in paucis tharū, quod Imperatorem à podagræ doloribus titubantem incedere videret, causam risus interrogatus frivolam aliam ex alia attulit: Carolus ingenio aliquoquin comi, altiori tono genuinam tam effusi risus causam edici imperat, scire se velle. Hic Buranus in genua supplex ingenuè fassus est occurritus sibi, quod imperium uno quasi pede vacillet. Tum Carolus: at vide, né te severus Imperator doceat Caput imperare non pedes, & cave, né tibi caput vacillet. quo dicto velut fulmine ictus, & tantum non de suo capite actu ratus, nunquam in posterum ridere visus est. Et tu irrisor sacrilege de capite tuo agi non putas, non times? Stat Sacerdos, ait Sanctus Chrysostomus (hom. 25. in ep. ad hebr.) Stat Sacerdos Deo orationem offerens cunctorum, tu autem rides? nihil times? non contremiscis? Gravissime olim vtabatur, né quis in Academia, in loco ad animi gravitatem facto, rideret, multò minus in Ecclesia, in Angelorum & ipsiusmet incarnata Sapientia præsentia risus tolerandus est. Risit post ostium Sarac Gen. 18. & ecce Angelus indigne serens risum edi in sua præsentia, interrogat severè: quare

M

risus

PHILIPPICA LX.

risit Sarap. quæ tamen risisse occulte, vel ut hebreus habet: risis int̄ se, chaldeus, pantulum subrisit. Quām graviter putas angeli iam ferent non dico clandestinum risum sed cachinnum, sed sentorem am vocem & sarcasmos, sed sacrilegam rerum divinarum irrisiō nem. In convivijs Dominorum si quis ē ministeris os ad risum vel leniter componat, vapulat. Infelicitib⁹ servū, ait Seneca ep. 47. movere labia, nē in hoc quidem, ut loquuntur, licet. virgo omne murmur compescitur; & nē fortuita quidem excepta sint, tuffis, sternutis, montum, singulare eluent sacrilegum risum, totā, quæ infelices irrisores manet, æternitate. Erit tunc pro risu fletus, pro cachinnis ciuitatis, pro sarcasmis opprobria dæmonum & Hagelia.

s. 5.
Cantus obscen⁹
et damnandi.

Denique & in eos mihi fulminandum est, qui ex oðæo & choragio Asmodæi ad eiusdem nutum & gustum obscenæ aduant cantilenas. Qui Dominum maiestatis irridebant, cantores erant, tibicines erant, plebei erant, ex turba videlicet impudentes homunciones; qui etiam nunc Iesum Virginis filium irrident & exibilant, sunt cantores & cantatrices cacodæmonis, ad cuius nutum & gestum & gustum obscenæ canunt cantilenas, quasi psalmos & hymnos non haberent, quos cum solatio Angelorum ad gloriam immensi Dei occinere possent. Sicut primæ magnificum illud canticum Magnificat Virgo Deipara, benedictum illud canticum Benedictus Pater Ioannis Baptista Zacharias, cynamnum illud canticum nunc dimiti venerandus Simeon, Moyses & huius soror Maria: audite cœli & cantemus Domino. Ita primæ malitiae homines novas meditantur cantilenas, quibus cœnosas suas libidines, & impuratos amores explicent, ut castissimo Virginis filio illudant.

Fortè pauci nostrū serio unquam expenderunt, quod crucifixo Regi iudæorum cantillatum sit ab inimicis fistulatum, sibilatumque, ut in persona Domini Ieremias questus est Thren. v. 14. factus sum in derisum omni populo, canticum eorum tota die, & in eadem persona Psaltæ ps. 68. v. 13. in me psallebant, qui bibebant vinum (observe autem, quod hic psalmus omnium primus sit, à quo officium coenæ Domini incipit, quasi insinuare velit Spiritus Sanctus,

Prima;

Dominica Eadem.

primatid doluisse in cruce Christo aures à cantilenis, quas vino ebrij crucifixores eructabant) in me psallebant, qui bibebant vinum. Bonum namque vinum aromaticum, quod erat à bonis matronis Christo, sicut semper solebat morte puniendis dari, cibiberunt helluones pessimi & vinum acetosum cum felle Domino propinaverunt, inquit Iohannes Landspurg. de pass. art. 48. in me psallebant, qui bibebant vinum, lac veneris. In Iesum hodieque psallunt, qui neglectis sacris cantilenis impudicas concinunt, itaque divinis auribus illudunt & Angelis quidem pacis amaras elicunt lachrymas, risum verò movent averno. Verum ficut Christus in hodierno evangelio irrisoribus dicit: recedite, & domo istos ocyūs exegit miraculique spectatores esse non permisit, ita cantoribus & cantatricibus venerabis intonabit aliquando terribile illud: ite maledicti in ignem aeternum & vœ vestrum inter hircos & grunnientes rudentesque pecudes congeminare.

Carolo V: Ratisbonæ cantavit melancholiz pellendæ gratiâ Barbara Blomberga & ita incantavit Cæsarem, ut integratatem expugnârit. Vah quot obscenis incantati hymnis facti sunt in derisum & opprobrium nil miserenti orco. videte si iustum est, ut ex ore Christianorum, ubi corpus Christi ingreditur, luxuriosum canticum quasi venenum diaboli progrederiatur Augustinus serm. 215. de temp. unum illud verbum (quod sputum diaboli vocat Guilielmus Peraldus Lüdoni Episcopus & spumam Cerberi) uno in momento dum aures insicit, animus interficit Bernardus serm. 24. in Cant. Quinque lasciva profera verba, u scintillas projicit libidinu S. Antiochus in biblioth. Patrum.

Narrat S. Augustinus scriptum ad se fuisse à S. Cyrillo Hierosolymitano de quodam Cyrilli nepote octodecim annos nato, pravis cantilulis assyeto, qui in flore ætatis demessus magnū in avunculo desiderium reliquit statum defuncti relaciendi. Oravit ergo Deum revelare sibi dignaretur sanctissima sua maiestas, quo mortuus hæreat loco: & ecce coortus subito fœtor intolerabilis in Museo aures & oculos circumspectantis Cyrilli obfupetecit, vidit mox nepotem suum catenis igneis circumligatū ignem ex auribus ac naribus efflare & voce terribili ejulare propter maledictas cantilenas æternum maledictus sum. Ite nunc cantores & can-

M. 2

PHILIPPICA LIX.

& cantatrices, canite, ridete, illudite, heu quale stipendium vos manet! ex domo mortalitatis cum nominato adolefente ante diem recedere iubebimini, in ergastulum igneum relegandi! ò quām pericolosum est in pueritia affluecere eiusmodi cantibus, qui nec in senio recedunt à memorie. Maria Ægyptiaca post septendecim annos in deserto consumptos tentari se adhuc sensit in exhaustissimo corpusculo à cantilenis obscenis. Hieronymus vix lapide excutere melodiam earundem potuit: facilius enimverò addiscuntur, quam oblivioni tradantur, severo ac pœnè miraculo illo Christi verbo opus est: Recedite: Recedite itaque cantilenæ, versus perversi recedite: ardete nè ardeam, perite nè peream, tacete nè coram æternō judice obmutescam & in gehennalos disturbatus rogos æternū audire cogar lamentationes.

PHILIPPICA VLTIMA

In Pseudo-judices.

DOMINICA VLTIMA POST PENTECOSTEN

Surgent PseudoChristi. Matth. 24. v. 34.

I. Ideo Christus
Genies Index
quia iniquus
iudicatus est.

Potissimum universalis iudicij in die novissimo instituendâ causam dedit Hussaeus vates c. 36 v. 17. causa tua quasi impij iam iudicata est, causam iudiciumque recipies. Iudicatus est iustissimus iudex ab iniquissimis quadrum viris & ab Anna quidem tanquam pseudodoctor habitus, à Caiphâ blasphemie insulatus, ab Herode ut stultus illitus à Pilato tanquam ambitiosus regni assertor, & perduellis Cæsari damnatus est, idcirco in iudicium Iesus veniet recipietque quod in passione sua (ut alias dixi) visus erat perdidisse. Vnde ipse net Christus adiuratus à Caiphâ edixit: amodo videbit filium hominū Matth. 26. v. 64. quasi diceret, ideo videbitis filium hominis ut iudicem, quia habuistis ut reū.

Iunc

Dominica Vltima:

Tunc manifestius veniet inter iustos iudicaturus iudeo, qui oculis venerat iudicandus ab iniustis iniuste. Nec vos modò impij sacerdotes Anna & Caipha, neque vos solùm iniqui iudices Ponti Pilate & Herodes Ascalonita, neque tu Senatus populeque Hierosolymitane innocentem Dei filium temere iudicando severum iudicij diem ab aeterna divini Numinis iustitia soli promeruistis, sed & vos pseudochristiani proximos vestros temerarie censurando censuram incurristis, atque supremum iudicem ad generalia vindicativa iustitiae comitia indicenda compulisti. In quibus nè de causa & capite vestro actum sit, tempore dum licet respiscite, temeraria iudicia cavete, ad eorumque enormem, quam mox demonstrabo, gravitatem attendite.

Si quod vitium in mundo commune est, iudicium est temerarium, quo quisque pro sua libidine alterius dicta factaque male interpretatur & ex signis exterioribus valde fallibilibus absq; convincenti causa proximum iudicat & condemnat. Hoc crimen, inquit Origenes in c. 3. Rom. Nescio si vel iustos vel electos relinquat immunes. Non mirum quodd male iudicet Cain de Abel, Esau de Jacob, Jacob de Joseph Saul de David, Vagao de Juditha, magis stupendum est, quod citatus Paulus affirmat, spirituali omnia iudicat. Vedit Heli summus Pontifex Annam flentem & iudicavit ebriam 1. Reg. 1. v. 14 estimavit ergo eam Heli temulentam; vidit Joseph coniugem gravidam, & male suspicatus est, ut censemSS. Augustinus, Chrysostomus, Iustinus. Cogitationes fluctuantis cordis exprimit Cornelius pag. 55. in Matth. Credo innocentem, sed tamen video gravidam, ex me certe gravidata non est, ex quo ergo & nescio. Forte alium Sponsum ante me habuit, forte in itinere vim passa est, forte in somno à Spiritu illusa, quid si bonus eam gravidasset angelus & cur hoc mihi non concredit, si ex bono Spiritu est, & si me vere amat, sic fluctuat iustus Joseph, & nè temeritatis voritate absorbeatur, angeli monitu indiget. Heu quid iniusti tot alij cogitabunt, agent, molientur, quos malitiae congenitæ fluctus rapiunt, in profundum. Hoc crimen nescio si vel iustos vel electos relinquat immunes. Quod Origenes de suis temporibus dixit, confirmavit Orator aureus de suis: non facile invenies expertem huius erroris, & quod de sua Chrysostomus idem,

S. Aug. apud
Jacobum Co.
renum fer. z.
post Dom. 1.
quad.

s. z.
Temerè iudi-
cant non tam-
tum malis sed &
boni.

2. Cor. 2. v. 15'

PHILIPPICA LX.

96

idem asseveravit S. Augustinus serm. 102. de temp. qui sermo totus est contra temerarium iudicium: magna pars generis humani indiscretio iudicio ad reprehendendum prompta atque parata. Si quis devotus est, hypocrita iudicatur. Si cōpunctus, male conscientia insimulatur; si latus appareat, dissolutus vocatur; si affabilis, libidinis arguitur; si providus, avaritiae sordibus contaminatur.

*s. s.
Gravitas huius
peccati.*

Quām grave autem sit peccatum iudicij temerarii, ex eo concilie, quod aliorum peccatorum multitudinem dicatur excedere, ut patet in Magdalena peccatrice composita cum Phariseo temerario iudice. Fuerit Maria Magdalena peccatis onerata, imo antonomasticè dicta peccatrix, omnibusque infessa daemonis, Lucifer superbia, Asmodaeo luxuria, Beelzebub invidiae, Mammona avaritiae, Legione iracundiae, deterior tamen Magdalena temerarius iudex Phariseus fuit, quod Chrysologus asseveravit serm. 49. gravius peccavit Phariseus iudicans Magdalenam peccatrice, meretrice, publicū scandalū, quā iam erat virginibus castior & universis proponi in sanctorū sylabo merebatur, iam erat sponsa Christi, angelorum gaudium, Spiritus Sancti delictum, graviss, inquam, peccavit iudicando, quam Magdalena delinquendo; tam enim enorme est hoc vitium, ut dicat S. Dorotheus esse omnium gravissimum: usq; adeo grave est proximum iudicare, ut revera omne peccatum excedat. Quod ex Galeni & Hippocratis regula & praxi deducitur; qui enim periculosius decumbunt, iis citius succurritur, ideoque Christus animarum Medicus prius allocutus est, curavitque Phariseum per applicatum parabolæ malagma. quām Magdalenam, prius Simoni textum legit: Simon habeo tibi aliquid dicere; quām diceret Magdalene: vade in pace. hinc est [verba sunt aurei Petri] quod Christus ad illam phrenesim insanam pharisæi primam curandam venit, ubi maior ei nota seviegat infirmata.

*8. 4.
Iudex temerarii in officium Dei involat.*

Cur autem iudicium temerarium tam enorme in Tribunalis divinæ sit iustitiae, hæc fundamentalis causa est. quod censor iniq;us regalia Dei usurpet, in officium supremæ Maiestatis invulet, illius læsæ reus. Cecidit Lucifer, quia similis esse volebat Altissimo, excidit paradiso Adamus cum Eva, quod vellent esse facti Dii, & quale putas manet eos iudicium, supplicium quantum, qui post horum lapsum non tantum volunt esse similes, sed re ipsa

(quans

Dominica Ultima

97

(quantum in illis est) se faciunt Altissimo altiores. Constituit enim Deus diem, quo iudicet, at hi, Deum præveniunt, & ante tempus iudicant, reclamet licet cum Apostolo conscientia: nolite ante tempus iudicare. Hæc non mea, sed maximi Chrysostomi est oratio hom. 2. in ep. Tim. noli præcipere Christi iudicii ordinem, illius est munus ista discutere, non tuum. Et rursum: ne rapias dignitatem unigeniti, illi iudicij sedes servata est. Legitur in vitis PP. lib. 5. libell. 2. Abbatem Isaac incidisse in hoc vitium, cui Angelus occurrens: ubi iubes, ut mittam fratrem illum culpabilem, quem addixisti & mox ille prociduus: peccavi! ignosce mihi! cui Angelus: surge, ignoscit tibi Deus, sed vide, ne de cetero adiudices quenquam, priusquam Deus adiudicet eum. Gravida accidit illi, de quo S. Dorotheus doctr. 6. (qua tota est de non iudicando) senex quidam inaudierat obiisse adulteram, in quam ille tulit sententiam, censuitque recta sine dubio descendisse ad orcum, ut portionem suam cum filio Salomi, quem Phinees occidit, cum Susannæ, cum Herode & ceteris moechis accipiat. Talia cogitanti, se vero vultu adstat Angelus fitisque defuncti animam acerbâ hâc usus ironia: iudex invertebrate malorum, ecce adduco pro tribunalis tuo, quam iudicasti iam in animo tuo. Quod iubes deportari animam, ad superos, ut fiat misericordia, an ad inferos, ut exerceatur iustitia? iudicem mortuorum te fecisti, Christi iudicis locum usurpasti, fer proinde sententiam. Agnovit senex se non iudicé, sed reū, & dum tempus super erat pœnitentia, ingemuit, pectus percussit, flevit, & vitam reliquam in severissima exegit pœnitudine, illud sibi creberrime repetens: ne rapias dignitatem unigeniti, illudque morientis Antonii: nolite ante tempus iudicare. Severus Iacobus c. 4. v. 12 uniuersus est legislator & iudex, non patitur corrigalem, tu autem qui es, qui iudicas proximum? tu homo, imo vermis & vermium esca, ausis usurpare Dei gloriam, quam iuravit se nemini daturum? audi peracre tu, quod Paulus tuas ingerit in au-tes Ro. 14 v. 4. & 10. Tu qui es, qui iudicas alienū servū? Tu autē quid iudicas fratrem tuū? aut Tu quare puerū fratrem tuū? Tu vermis audes repere in subselliū iudicis, pedibus conculcari dignus? tu infernalis titio presumis esse carbunculus in corona Dei? nonnè dignissimus, qui sis infimum inferni pavimentum? tu scabellum Luciferi vis icdere

sedere supra caput altissimæ Maestatis, an non dignissimus, quem omnes conspuant, damnet, execrentur?

Cor labyrinthus est solus Deus habet filium Ariadnæ, cognitionem scilicet & vim perscrutandi. Cor est arbor scientie boni & mali, hanc sibi reservat Deus, ita ut de illa gultaas moriatur. paradise expellatur, in lachrymarum vallem damnatur. Cor est metropolis, quam sibi gubernandam Rex Regum servat, nec alteri ministro committit. Vnde non miror contra hoc scelus detonuisse tam vehementer sacros Oratores, ut dicere ausi sint, reliqua peccata habere se instar festucæ ad trabem. Ipsomet enim incorruptus index hoc visus est aspergasse, cum contra iniquos alienorum actuum censores hanc protulit sententiam Luc. 6. v. 42. hypocrita ejus primum trabem de oculotuo, & tunc perspicias, ut educas festuciam de oculo fratru tui. Quod quæso peccatum est trabi simile, quod verò festucæ? respondet nemine contra dicente S. Dorotheus Doctr. 9. comparavit Christus festucam peccato, quodcunque illud sit, iudicium autem trabi, excedit enim iudicium temerarium cetera peccata, unde & severius in divino tribunali discutitur, iudicatur, plectitur.

S. 5.
Temerarii iudicando fore temerarios iudices probat S. Chrysostomus ex verbis iudicis præmoventis: nolite iudicatur in iudicare, ut non iudicemini Matth. 7. v. 1. cur iudicium temerarium Divino iudicio potius dislvdaret, quam aliud peccatum? quia videlicet gravissime sentit iudex violari munus suum, seque cogi ad iustum adversus temerarium iudicem iudicium ferendum. Loquatur Chrysostomus hom. 24. in Matth. facu tibi terribilis esse iudicium, cogi in adversus te diligentissimam etiam de minimis fieri ultiōrem; quia scilicet ex minimis iudicis proximum inique iudicavisti. Miranda est illa S. Ambrosii speculatio & quidem verissima in versum centesimum quinquagesimum quartum psalmi centesimi decimi octavi: iudicium meum, & redime me. Iudicium temerarium, in quo fortè Rex Sanctus inciderat (quotusquisque enim Sanctorum est, qui in hoc non deliquerit?) iudicari a Deo tempestivè, ante novissimum videlicet examen supplicat & adiungit: redime me, quasi dicat, dum adhuc redemptionis tempus est & spes venit, iudica, castiga, ure, seca, alioquin de me actum erit, cum & de latrone

latrone à sinistris Crucis tuæ pendulo actum fuerit post tot & tantâ miracula, quia videlicet hoc criminis velut omnium aliorum complemento se contaminavit Luc. 23. v. 39. Si tu es Christus iudex salva temetipsum & nos. Iudicis judicem se fecit, ideoque petiit. Prudentius alter à dextris auditio hoc iudicio temerario: increpabat eum dicens: nej, tu times Deum, qui in eadem damnatione es, & nos quidem iuste v. 40. & 41. Quibus ex verbis deducere licet, eos non timere Deum, & esse in eadem damnatione cum crucifixoribus Christi, vel cum Lucifero, qui temere iudicant, quia denud Christum, non iam mortalem & visibilem, sed immortalem & invisibilem gloriæ Regem condemnant. In principio creavit Elobim sive, iudex, cœlum & terram, quia iudicium sibi reservavit & pro primo principio hanc maximam statuit: qui in cœlo æternum vult regnare, non iudicet; cœlum pro humilibus publicanis, terram pro superbis pharisæis conditum noveris. Redimentur citius publicani mille, quam unicus temerarius phariseus. Sed ad Psalmem redeamus: iudica iudicium meum, & redime me. Agit David Rex personam omnium peccatorum, ex parte una totum peccatorum cumulum seponit, ex altera verò solum temerarium iudicium: iudicia, redime, iudicia & puni pro iudicio temerario, quia hæc est grandis discordia in tempore pro hoc delicto puniri. Post poenam verò redime, quia hoc solum peccatum tantâ eget redēptione, quantâ cetera omnia. Quid hoc? redēptio quæ ad totam peccatorum massam spectat, unī peccato applicari debet? ita est, ipsum solum, ait Nyssenus, tantum requirit redēptorem, quantum reliqua totius mundi peccata exigunt. Vnde & paulò post commonefacit David Deum multarum misericordiarum misericordia tua multa Domine, quas cùm exercere dignaris, vix alteri, quam huic peccato gloriosius indulges. Loquatur nunc Mediolanensis Antistes, quia dixerat: iudica iudicium meum, ideo subtexuit miserationes Domini, nimis multas esse, grave est enim de alio iudicare. Quam grave o Ambrosi? ut reliqua se habeant pro festuca respectu trabis, imò pro terra respectu cœli, pro peccatillo humano, respectu angelici flagitiij; verū Angeli hi Sathanæ misericordiam & redēptionem non sperent. Salomon tam mansuetus, ut videretur irasci non posse,

quando vidit Adoniam affectare regnum, clementiz immemor, occidi sine misericordia illum imperavit. Sic sic Salomon noster nostram humanitatem exuer in die illa, & lebne sacerdotis tunc videbunt filium hominū fulgurare oculis, tonare voce, fulminare manū, & postquam dederit rationē suorum judiciorū, quæ sunt abyssus, exiget rationē nostrā temeritatis: cur me judicāsti? cur in potestatē meam involásti? cur quod dedit mihi Pater, tibi nefariē usurpasti? neque enim Pater judicat quenquam, sed omne judicium dedit Filio Ioann. 5. v. 22. Filius vero adēd cautus in judicando est, ut dicat: ego non iudico quenquam Ioanni 8. v. 15. Vnde adolescenti judicem Iesum interpellanti respondit: quū me confituit iudicem super vos. Spiritui quoque Paraclito adēd exosum est temerarium judicium, ut asseveret Christus, quōd arguet mundum de judicio, non judicabit ipse, sed judices admonebit & arguet.

S. 6.
Propter iudicium temerarium acceleratur divinum iudicium.

Sæpius audivimus de Phariseo & Publicano parabolam, quorum ille meritis, iste demeritis plenus, orandi gratiā non garriendi, non dormiendi, non curiosè circumspiciendi causâ in templum descenderant. Phariseus incepit orationem suam à gloria, publicanus à confiteor, pulsat enim pectus & dejectis oculis dicit suam maximam culpam; Phariseus iudicat publicanum, publicanus se agnoscit reum. Vter verius sanctiusque egit? S. Dorotheus doctrin. 6. tom 2. biblioth. PP. affirmant audiamus, non ita placuisse Deo omnia jejunia, elemosynas, justicias, continentiamque Pharisei, quām displicuerint quatuor ista verba: velut etiam hic publicanus. His enim verbis exhaustam poenē esse Dei patientiam, & decretoriam in temerarium judicem anticipatam sententiam: tunc enim iudicatus es, tunc adūm est eius re. Cur obsecro tam citō graviterque sensit verba Pharisei Deus posthabitis omnibus illius meritis? quōd raptor non fuerit, neque adulter, hoc nec ipsa negare potest veritas; tacet enim. Ergo consentit. Quod de publicano verum dicat idem Phariseus, non est ambigendum, quia non est confessi causa tuenda rei; cur ergo descendit justificatus hic publicanus præ illo Phariseo? quia temerē iudicavit. Tunc enim iudicatus es, tunc adūm est tuus re. Sed quomodo temere

temerē? quia publicanum injustum esse dixerat, qui amplius non fuit, & hoc perversum iudicium coram justo iudice omnibus alijs criminibus, inventum est enormius & intolerabilius. Qui enim peccant adulterio, homicidio, furto, rapina, mereantur quidem infernum, quia peccant ut homines, sed qui iudicio temerario peccant, eō ipso sunt Angeli Luciferi, contra quos iudex universorum pronuntiatur est: ne in ignem aeternum, qui patratus est diabolo & angelis eius.

Non est proclivior alibi quām in judicando error, citō enim erratur, & serō corrigitur facile iudicatur, & difficulter eror expiatetur. Quisquis erroris expers amat vivere, temerarium iudicium cane & angue poius oderit. Demus enim nonnulla ad speciem mala videri, in re tamen ipsa bona, bona valde sunt. Qui videret hominem per aera à diabolo deportari, cogitaret indubitate. nō hic celestus est. Et tamen Christus à diabolo assumpsus est. Videat temerarius iudex Abrahamum in filium, ducem lephte in filiam absque misericordia gladium strigere, quid dicet? parricidæ sunt; videat filios in parentes, fratres in sorores, maritos in uxores sacerdos, vulnerare trucidare, quid dicet? tyranni immanes sunt. Et tamen Numinis jussu Levitæ sacerdos atque a Deo dilaudati & immortalibus præmijs donati sunt: feceruntq; filij Levi iuxta sermonem Moysi, cecideruntq; in die illa quasi viginti tria millia hominum. Et ait Moyses: consecratus manus vestra hodie Domino, uniusquisq; in filio & in fratre suo, ut detur vobis beneficio. Videat aliquem Sacerdotem cum flagello in homines & iumenta sacerdos, quid putabit? mirabilis iste Pater, quam furiosus est! & tamen Christus hoc fecit. Hem quām facile erretur iudicando! ad penitendum properet citō, qui iudicat.

O iudex temerarie! ego te per diem novissimum, diem magnum & amarum valde, diem calamitatis & miseriae & peradven-
tum iudicis aeterni, sevērumq; eius iudicium, obsecro & obsecro,
noli ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus. Veniet
enim verò, veniet opinione tuā citius, iudicabitq; iudicium
temerarium peccatis cæteris severius, condemnabit profun-
dius, puniet intolerabilius. Quo in iudicio ne cūm iudi-
cabere exeras condemnatus, noli in posterum pecca-
re, noli iudicare, noli condemnare.

F I N I S

g. 7.
Facillime era
rant qui iudicis
cant.

Exod. 32. v. 29

Publ. Mimus
in sententi.



INDEX I.

PHILIPPICARVM ET MATERIARVM in ijs contentarum.

- Philippica 1. in peccatores inveteratos.
Philippica 2. in luxuriosos.
Philippica 3. in iactabundos.
Philippica 4. in inhospitales Iesuli hostes.
Philippica 5. in adulatores.
Philippica 6. in persecutores viduarum, & male moratas viduas.
Philippica 7. in immorigeras proles.
Philippica 8. in discordes coniuges.
Philippica 9. in heros austeros, & servos pigros.
Philippica 10. in timidos.
Philippica 11. in dæmones incarnatos, sive invidos.
Philippica 12. in malè fermentatos, sive impatientes.
Philippica 13. in desides.
Philippica 14. in falsos amicos.
Philippica 15. in gulones.
Philippica 16. in larvatos moriones.
Philippica 17. in carnivorus.
Philippica 18. in mancipia dæmoniorum.
Philippica 19. in malè transfiguratos.
Philippica 20. in obſeffos dæmonio muto, sive poenitentes sacrilegos.
Philippica 21. in Mariæ-mastiges.
Philippica 22. in parcos & immisericordes erga pauperes.

Philip-

INDEX I.

- Philippica 23. in immemores passionis dominice.
Philippica 24. in oſores veritatis.
Philippica 25. in bipedes asinos.
Philippica 26. in peccatores recidivos.
Philippica 27. in lucriones quos vulgo intereffatos vocant,
Philippica 28. in incredulos.
Philippica 29. in cornupetas hircos, seu vindictæ cupidos.
Philippica 30. in immodicè lætos, & in inordinate tristes.
Philippica 31. in injustos.
Philippica 32. in oratores haud moratos.
Philippica 33. in contemptores anathematum Ecclesiasticorum.
Philippica 34. in scandalosos.
Philippica 35. in inhospitales hostes Hospitij Spiritus Sancti.
Philippica 36. in curiosos.
Philippica 37. in sacrilegos communicantes.
Philippica 38. in murmurones.
Philippica 39. in neglectores concionum.
Philippica 40. in pseudopoliticos.
Philippica 41. in ebriosos.
Philippica 42. in diuinatores.
Philippica 43. in avaros.
Philippica 44. in profanatores Ecclesiarum.
Philippica 45. in ambitiosos.
Philippica 46. in mendaces & perjuros.
Philippica 47. in inconstantes.
Philippica 48. in ingratos.
Philippica 49. in luxum vestium.
Philippica 50. in adolescentes vitæ prodigos.
Philippica 51. in profanatores festorum.
Philippica 52. in vagos poenitentes.
Philippica 53. in blasphemos.
Philippica 54. in obstinatos.

Philippi-

INDEX II.

Iestiarum hoc anno occurrit. Philipp. 12. In Impatientes.
4. Ut circumcidereatur. Multos etiamnum circumcisorum IESV.
LVS patitur. & quinam illi? Mendaces & Perjuri Philipp. 46.
Detractores Philipp. 57. Blasphemi Philipp. 53.

FESTO EPIPHANIE.

1. Procidentes adoraverunt eum. In oratores haud moratos Philipp. 32.
& Philipp. 25.
2. Vidimus & venimus; In procrastinatores Philipp. 48.
3. Aperiō Thesauris suis obtulerunt ei munera. In avaros Philipp. 43.
4. Ut & ego veniens adorem eum. In pseudopoliticos Philipp. 40.
5. Per aliam viam reversi sunt. In recidivos Philipp. 26.
6. Ecce Magi in magos, ariolos, divinatores Philipp. 42.

FEBRIVARIVS.

FESTO PURIFICATIONIS.

1. Vt efferrens secundum consuetudinem legis Luc. 2. In contemptores Festorum. Philipp. 51.

2. Par turturum. Turtures oblatis à Deipara fuisse non dubito, ut impleretur illud: vox turturis auditæ est in terra nostra. Turturibus delectatur Deus qui cum symbolum conjugum sicut cordium, contra discordes conjuges hodie agendum est. Philipp. 8.
3. Nunc dimittis servum tuum Domine in pace. Potuit hoc dicere Simon justus, qui dignis manibus exceptit Salutare DEI, non possunt idem dicere Sacilegi communicantes qui non in pace sed pice dirimuntur, nec salutare DEI sumunt, sed justicium sibi manducant. Philipp. 37.

FESTO S. MATTHIAE.

1. Tollite ingum meum. In larvatos Moriones si festum venerit, ante Quadragesimam, qui non jugum Christi, sed dæmonis super se tollunt, cum larvas induunt. Philipp. 16. Si vero venerit in Quadragesima, contra carnivorus qui jugum quadragesimalis jejuniū intollerabile dicunt. Philipp. 17.

z. Di-

INDEX III.

- Philippica 55. in patentes malos.
Philippica 56. in crudeles.
Philippica 57. in detractores.
Philippica 58. in procrastinatores.
Philippica 59. in derisores.
Philippica 60. in pseudo judices.



INDEX III.

FESTORVM PRÆCIPVORVM
Juxta ordinē Kalandrij Romani, quibus PHILIPPICÆ
accommodari possunt.

IANVARIVS

FESTO CIRCVMCISIONIS.

Vocatum est nomen eius IESVS Luc. 2. Non ipse sibi nomen vocat, prout jactabundi & ambitiosi tolent, qui nomina sua vocant in terris, sed ab Angelo MARIA & Iosepho vocatum accipit ut nostram corrigat jactantiam & confundat ambitionem. Philipp. 2. in Jactabundos. Philipp. 45. in Ambitiosos.

2. Ut circumcidereatur, Luc. 2. Cur Virginis Filius in tenerima carne sua circumcidì voluerit, causa fuit, ut satisficeret pro peccatis nefandæ libidinis, quibus adolescentes prodigi vitam sibi abbreviant. Philipp. 50. Philipp. 2. in luxuriosos.

Ut circumcidereatur Incredibili cum doloris sensu, sed & ineffabili cum patientia vulnus circumcisionis tenerrimus IESVLVS sustinuit, ut ad sanguinem eius impatientes erubescat homuncoli, contra quos agam hodie, ut discant patienti ferre animo quidquid mo-
lestia-

INDEX II.

2. *Discite a me quia misericordia sum & humilis corde.* Contra Immites seu Impatientes, Philipp. 12. contra Superbos. Philipp. 45.

MARTIVS.

FESTO S. JOSEPHI.

1. *Cum esset iustus & nolle traducere eam.* Matth. 1. Quia justus fuit, judicare temerè noluit, sed occultè dimittere Spontem suam cogitavit. Discant à S. Josepho in iustissimi pseudo judices temerariis abstinere judicijs: discant linguati detractores alienæ parcere famæ, nisi velint justæ subjacere pœnæ. in pseudojudices, philipp. 60. In detractores, Philip. 57.
2. *Cum esset iustus.* in iustos, Philipp. 31.
3. *Voluit occultè dimittere.* Scandalum quoquo modo cavendum, & impediendum. in scandalosos, Philipp. 34.

FESTO ANNUNTIATIONIS.

1. *Ecce Ancilla Domini.* In mancipia dæmoniorum. Philipp. 18.
2. *Spiritus Sanctus superveniet in te.* In hostes Spiritus Sancti qui nolunt in se supervenire divinum hospitem. Philipp. 35.
3. *Ne timeas MARIA.* Timuit MARIA ex virtute, timent plurimi ex virtu suo & conscientia prava. In Timidos. Philipp. 10.
4. *Ecce Ancilla Domini.* Plenus mundus Servitoribus & Ancillis quotquisque enim non se vocat servum vel servam, sed ad oculum solo ore non ex corde. In pseudopoliticos, Philipp. 40.

APRILIS.

FERIA II. PASCHA.

1. *Et estis tristes.* In immoderatè tristes. Philipp. 30.
2. *Iabant in Emaus.* Tales Emauntini ambulones sunt omnes vagi pœnitentes, quibus nisi Iesus se associet, perierunt. In vagos pœnitentes. Philipp. 52.
3. *Nos autem sperabamus.* In inconstantes. Philipp. 47.
4. *Nonne hoc oportuit Christum pati?* In impatientes, Philipp. 12.

5. *Nonne*

INDEX II.

5. *Nonne hoc oportuit Christum pati?* Reprehendit Salvator discipulos quod passionem non combinarent cum prophetijs & figuris veteris legis. quem verborum aculeum infixisset si prorsus immemores passionis fuissent? In immemores Passionis. Philipp. 23.
6. *O stulti & tardi erde ad credendum!* In incredulos Philipp. 28.

FERIA III. PASCHA.

1. *Stetit in medio discipulorum.* Quam bonum Dominum habemus! stat in medio, ut singulis suis servulis prospiciat, succurrat, medetur. Salute eodem preuenit, & suam ultro benedictionem imperit. An ita & Domini hujus sæculi? o quam diversum habent genium? In austeros Dominos. Philipp. 9.
2. *Pax vobis.* Stat Pastor in medio ovium & pacem precatur, tanquam electarum ovium tesseram, dum è contra reprobis hædi non pacem, sed bella spirant. In Cornuperas Hircos. Philipp. 29.
3. *Obtulerunt ei partem piscis assi.* ecce frugalitatem discipulorum. In Gulones Philipp. 15.
4. *Quid turbati estis?* In timidos. Philipp. 10.

FESTO S. GEORGII.

Mitterur foras sicut palmas & arescat. In contemptores anathematum. Philipp. 33.

M A I V S.

FESTO SS. PHILIPPI & IACOBI.

1. *Tanto tempore vobisum sum & non cognovisti me.* Subacerbis verbis Apostolos reprehendit JESVS, cui tamen non contradicunt neque se excusant, quia amant veritatem, contrà quam faciant filij hujus seculi, qui nihil minus quam veritatem acceptare possunt. in olores veritatis. Phil. 22.
2. *Domine ostende nobis Patrem & sufficit nobis.* Quam sincerè & sine furo Philippus desiderium suum exponit absque omni adulatiois specie! quam scit Salvatori esse exosíssimam. In adulatores. Phi. 5.
3. *Ostende nobis Patrem, & sufficit.* Patrem videre Philippus desiderat &

O

INDEX II.

rat & nihil amplius, contra quām soleant cutiosuli, qui omni-
videre desiderant, prater Patrem in tunulos. Philipp. 36.
4. Et sufficiet nobis. Paucorum est ex vero dicere? sufficiet nobis, non
dicunt hoc Avari, non Lucratores, contra hos. Philipp. 27. con-
tra illos. Philipp. 43.

5. Qui videt me, videt & Patrem meum. Si Deum in proximo vi-
deremus, nunquam proximodnide feremus. In invidos. Philipp. 14.

FESTO ASCENSIONIS. oibam ni 151
1. In nomine meo a monia rixente. In mancipia demoniorum. Phi. 101

2. Linguis iugentur novis. In mendaces. Philipp. 46. vel in blas-
phemos. Philipp. 53. vel detractores Philipp. 57.

3. Si mortificum quid bibent non eis nocebit. In impatientes.

4. Exprobavit incredulitatem eorum & duritiam cordis. Illud

maxime, & quidem ipso facto, incredulus ac corde durus quis-
quis Dominicæ Passionis immemor & ingratius. Ad irrumque vil-
tum avertendum; Manus pedesque ymbelidas insignes ante ascen-
sionem suam Christus discipulis exhibuit & vestigia pedum duro
lapidi impressit, encaduorat sine llapide humana corda contra in-
memores Passionis. Philipp. 23. Contra ingratios. Philipp. 43.

5. Assumpcio est. In oculis discipulorum assumi Christus voluit,
ut eosdem velut Aquila pullos ad volandum & sequendum inci-
taret. At nos sicut Anseres aut struthiones evolare in altum ne-
scimus, sed naremus in imis. curva in terras anima in desides.
Philipp. 13.

FERIA II. PENTECOSTES.

1. Sic Deus dilexit mundum. Ita Deus dilexit, ut magis diligere no-
ponerit, parum tamen haec sua dilectione profecit, manet enim ob-
stinatus in suis sceleribus mundus. In obstinatos. Philipp. 54.

2. Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret. Dedit
Deus Filium suum speciosum formâ p̄filiis hominum, in quo o-
mnis dulcedinis compendium; at immundus Mundus plus Ado-
nidem,

FERIA II.

bidem Cupidinem, & nescio quod in munditiâ vasculum, quām
Iesum formosissimum, benignissimum, amabilissimum diligit, imo
Virgineam hujus carnem nefandis flagitijs contaminare non eru-
bescit. In luxurios. Philipp. 2.

3. Dilexerant homines angis tenebras quam lucem. In peccatores in-
veteratos Philipp. 1.

FERIA III. PENTECOSTES.

1. Ego sum ostium. Pro in quot formas se vertit divinus noster
Proteus! Pastor est & Agnus, & ostium ovilis &c. Transforma-
re quidem & homines, sed in monstra & spectra turpissima, contra
quos male transfiguratos. Philipp.

2. Veni ut vitam habeant & abundantius habeant. Non vitam queri-
mus sed mortem, & mortem quidem subitaneam, acerbam & un-
deaque infelicem, quæ quatuor potissimum sceleribus accersituri
vide Philipp. 30.

3. Quoquot ante me venerunt, fures sunt & latrones. Quoquot in a-
micitian se nostram insinuant & non insinuant amore Iesu, sed le-
uali & quoconque spurio amore duci, reverâ fures & latrones
sunt. In falsos Amicos Philipp. 14.

4. Veni ut ritam habeant. non egit Mercenarium Iesus, non Lu-
crionem. ingenuè nos dilexit & nostrum in omnibus quæsivit em-
olumen, contrâ quām soleant Quæstores hujus ævi, quos intref-
sates vocamus Philipp. 26.

FESTO THEOPHORIÆ.

1. Caro mea vere est cibus. In sacrificios Communicantes Phil. 37

2. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare. In Blasphemos Philipp.

3. vel in Irrisores Philipp. 58.

3. Hic est panis qui de celo descendit. In irreverentes Eucharistia a-
doratores non coronâ tantum asinina, sed & auribus & sepulturâ
asini dignos. Philipp. 25.

4. Vocate deviles & claudos. Pauperes invitantur, hi edent & satu-
rabuntur, nam pauperi in dulcedine mensa Eucharistica præpara-
tur,

Oz

INDEX II.

tur, ut discamus fovere pauperes non opprimere, oppressores enim pauperum maledicti. Philipp. 22.

IVNIVS.

FESTO S. IOANNIS BAPTIST.

1. *Quis putas puer iste erit?* Si scire cupis quid ex hoc illo deo adolescentulo futurum sit parentes eius & educationem attende, non mirum dari paucos. Joannes, magnos coram Domino, quia parentes non fuere Zacharias Memoria Domini & Elisabeth. In malos parentes improbos. Phil. 53.

2. *Congratulabantur ei.* Syncerorum typum amicorum hi consanguinei gesserunt, qui & sterili Elisabeth compariebantur ex animo & congratulabantur foecundæ, contrā quām soleant amici falsi aut invidi. Contra hos Philipp. 2. contra illos. Philipp. 14.

3. *Quis putas puer iste eru?* Admiratioñis hæc fuit quæstio, non curiosæ investigationis & sacrilegæ divinationis. Contra divinatum studiosos. Philipp. 42.

4. *Benedictus Dominus Deus Israël.* Quod gratijs divinis parcūs domenur, ingratitudo nostra obstat. In Ingratos. Philipp. 48.

5. *Benedictus.* Laudibus & gratiarum actionibus Natalis Ioannis celebratus est non comessationibus & ebrietatibus. In Gulones. Philipp. 15. in Ebriosos. Philipp. 41.

FESTO. SS. PETRI & PAVLI Apostoli.

1. *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Laudator Petrus fuit, non tamen adulator. Dixit enim prout ei Pater cælestis revelavit per Spiritu veritatis, non prout adulatoribus suggestus Spiritus mundi & falsitatis. In Adulatores. Philipp. 5.

2. *Tu es Petrus & super hanc Petram adificabo.* In Inconstantes Philipp. 47.

3. *Tibi dabo claves!* In Contemptores Magistratum. Philipp. 38.

4. *Eritis soluti & in calis.* Solventur quidem peccata ad absolutionē Sacerdotis, si confessio fuerit sincera, qualem Petrus, non

(B).

INDEX II.

verò sacrilega, qualem fecit Judas. Philipp. 20

IVLIVS.

Festo Visitationis.

1. *Abiit in Montana cum festinatione.* Desidiam nostram arguit celer & expedita hæc profectio. In Desides. Philipp. 13.

2. *Beata qua credidisti.* In Incredulos. Philipp. 28.

3. *Magnificat anima mea Dominum.* Audiant & erubescant, qui non Dominum sed seipso magnificant. in Jactabundos. Philipp. 3.

4. *Et exultavit Spiritus meus in Deo Salutari meo.* In Deo sola & vera est lætitia. Contra immoderatè lætos, vel tristes. Philipp. 30.

Festo S. Mariæ Magdalena.

1. *Eeee mulier in Civitate peccatrix.* In Luxuriosos. Philipp. 2.

2. *Remittuntur ei peccata multa.* In Sacrilegos pœnitentes. Phil. 20.

3. *Sieffet Propheta sciret qualis esset hæc mulier.* in pseudojudices. Phil. 60.

4. *Capillis capitib⁹ sui tergebat.* Cur velum capitib⁹ aut aliud strophium vel sericam vestem non adhibuit? jam vestium luxum exuerat, & quæ solis aliquando vesienda erat capillis, capillos tergendis Christi pedibus adhibuit. sentiunt nonnulli cum Chrysostomo Magdalena luxu potius vestium, quām luxuriā corporis peccavisse, unde & patientiam à vestium neglectu orsa est. In luxum vestium Philipp. 49.

5. *Vade in pace.* Ille in pace vadit qui nunquam ad priora flagitia exemplo S. Mariæ Magdalena redit. In recidivos. Philipp. 26.

Festo. S. Iacobi Majoris.

1. *Dic ut sedeant duo Filii mei.* &c. In Ambitiosos. Philipp. 46.

2. *Nescitis quid petatis.* Nesciunt quid & à quo petant, qui sine reverentia orant, vide Philipp. 52.

3. *Potestis bibere calicem?* Calicem Christi bibere volunt pauci. Bachi verò habent plurimi. In Ebriosos. Philipp. 41.

4. *Dicunt ei possumus.* In impatiētes. Philipp. 12.

AVGV.

INDEXXXII.

AUGUSTVS.

FESTO S. Laurentij.

1. Qui amat animam suam perdet eam. Quis potissimum animam suam perdere ameret, ex parabola Evangelici divitis Luc. 12. liquet, qui animam suam ita alloquitur: *Anima mea habes multa bona, &c.* sulte hac nocte repentent animam tuam. ecce perditio & interitus. Avati ergo sunt, qui pro anima pecuniam habent, & salutem malunt perdere quam egenis nummum elargiri. Nihil illos Laurentij verbum & exemplum, nihil Evangeliorum misericordia, nihil praesens latutis periculum movet. Contra quos Philipp. 4.

2. Nisi granum frumenti cadens in terram mbrum facerit, ipsum solum manet. Per granum frumenti Veritatem intelligo que cum corde mortificato excipitur, fructum multum assert; si vero insuffit animo, fructum facit nullum. Sparsum hoc semen ingyrans animam Laurentius, sed frustra &c. In olores veritatis. Philipp. 2. xxi. *Ego sum illuc & minister meus erit. In Austeros Dominos.* Philipp. 9. *Sed granum frumenti mortuum fuerit. Granum frumenti Laurentius fuit per vivacem patientiam in plurimis tormentis contritum & mortuum, idque fructibus gloriae & benedictionis resertissimum, nos steriles artista manemus quia pati nolumus. In Impatientes.* Philipp. 12.

FESTO id Assumptionis.

1. Sedebat secus pedes Domini audiens verbum illius. Typum Deiparae Magdalena ad pedes Iesu, verbum divinum audiens gessit, idque laudem pra Martha meruit. Non tantum secus pedes Iesu, sed infra pedes omnium creaturarum se Deipara proiecit; idque supra universas exaltari promeruit; nec sedit tantum ad pedes Domini, sed verba singula conservabat conferens in corde suo. Henc discant

INDEXVII.

discant neglectum divini verbiscioli. contra hos Philipp. 39. contra illos Philipp. 40.

2. Turbara erga plurima, unum porto est necessarium. Damnat ciborum multitudinem rebus, Contra Galtones Philipp. 15.

3. Maria erga optimam partem elegit. Non tantum Virginum Reginam Maria eas sed & viduarum idea. optimam partem elegit, cui superbique & booribus plurimum favent, quorum vero viduitatem podoquum, Deo homini usque merito sunt exosi. in viduarum persecutores. Philipp. 6.

4. Reliqui me solam ministrare. Ex invidiola id potius dictum existimat, quam fuga laborum. In Invidios. Philipp. 11.

5. Maria optimam partem elegit. In Mario mastiges. Philipp. 24.

FESTO S. Bartholomaei.

1. Omnis turba querebat cum tangere. Salutis sua amore & sanitatis deiderio querebat per turbam tangere Christum. Alter eum in proximis tangunt, vellicant & ut sic dicam deglubunt Detractores contra quos. Philipp. 57.

2. Viri de illo exibant. Rident acatholici cultum SS. Reliquiarum & reverentem contactu sacra omnia vestimentorum qui apud Catholicos in usu est. At hisculx omni istillatione digni sunt ejusmodi irritores. contra quos. Philipp. 58.

3. Excoriatum Bartholomaeum dum considero, non me continuo quid in etiis de factis quo ad am mortales solo nomine homines inveniatur quis retiamnum Bartholomaeos ut sic dicam faciat unoplurimos, ut prius excoiriunt, mortificant, exanimant. Philipp. 6.

4. Immensa Bartholomaei in primis iuncto suppicio patientia dicere me jobet in impatientes, qui ne rancillum pro salute sua, pro gloria eterna tolerare volunt Christianitatem & imitatores Iesu audire cupiunt. In Impatientes. Philipp. 12. *des maiorumq. & amicorumq. M. etiam obitum eius. Ceterum obitum eius.* SE-

INDEX VII.

SEPTEMB E R.

FESTO NAVITATIS DEIPARÆ.

1. Salomon genuit Roboam, Iosaphat genuit Ioram. Ezechias genuit Manassen, Iosias genuit Iechoniam. Non semper verum est: non procul à proprio stipite poena cadunt, nec imbellem progenerant aquilæ columbam. ecce enim ex quatuor allegatis parentibus optimis pessimos filios: Sapientissimus Salomon genuit stupidissimum Roboamum; piissimus Iosaphat, impissimum Ioram; justissimus Ezechias iniquissimum Manassen; perfectissimus Iosias imperfectissimum Jechoniam; ipsarummet hæc culpa est prolium, quæ ab excelsis cogitationibus Majorum ita degenerant, ut jam passim dicantur Filii heroum noxæ. In immorigeras proles. Philipp. 7.

2. Ioras autem Genuit Oziam. Tres Reges ex genealogia Christi omnes reperio, qui inter Ioram & Oziam vixerunt & regnârunt, videlicet Ochoxiam, Ioram, & Amasiam, ex semine Achab proximè natos. indigni hi erant inter proavos Verbi incarnati recensi, quod verbum Dei contemnerent, Achabi exemplo, & pauperes opprimerent, sicut Achab Nabothum. Vide Phil. 19. vel 22.

3. Ex ea qua fuit Vria. Quatuor meretrices in genealogia Christi recensentur, Thamar, Raab, Ruth, Bethsabee ex causis potissimum quatuor quas interpretes assignant, prima est.

FESTO S. MATTHÆI APOSTOLI.

1. Vedit hominem sedentem in telonio. Multos hodièque publicanos numerat mundus, & sunt potissimum detractores, qui in telonio nequitiae sedent, & quoslibet prætereintes carpunt, suggillant, calumniantur. In detractores Philipq. 17.

2. Surgens secutus est eum. Festinata Matthæi conversio procrastinatores confundit. contra quos Philipp. 59.

3. Misericordiam volo & non sacrificium. in Crudeles. Philipp. 56.

4. Discubente eo in domo. Gratitudo Matthæi erga Magistrum suum ju-

INDEX II.

um jubet non detestari ingratos. contra quos Philipp. 48.

5. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. in peccatores inveteratos. Philipp. I.

FESTO S. MICHAELIS.

1. Us mando à scandalô. In scandalosos. Philipp. 24.
2. Quicunq; ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior. in Ambitiosos. Philipp. 45.
3. quis putas maior est in regno calorum? In Invidos, quorum dux Lucifer, Philipp. 11.
4. Michael Quia ut Deus. in blasphemos. Philippica 53.
5. Videte, nè condemnatis unum. Si contemnere non licet, multò minus injuriari licet. contra iustos, expeditam bilancem & gladium anticipitem Michael tenet. In Injustos Philipp. 31.

O C T O B E R

FESTO SS. SIMONIS & JUDÆ.

1. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo: in peccatores inveteratos. Philipp. I.
2. Hac mando vobis ut diligatis invicem. In discordes conjuges. Philipp. 8.
3. Odo habuerunt me gratis. In blasphemos. Philipp. 53.
4. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, dil geret. Perpetua infestatio mundi in devotos Dei servos: hi enim cum sincerè & candidè agant, non possunt non exosi esse illis, qui perpetuis delectantur fraudibus. In pseudo politicos Philipp. 40.

N O V E M B E R.

FESTO OMNIUM SANCTORUM.

1. Isporum est regnum calorum. Dignum est ut eorum festivitatem quam devotissime agamus in terris, qui perpetuum festum agunt in cælis. Sunt tamen non pauci Factorum profanatorum qui

INDEX II.

- qui nec singulorum, nec omnium festivitatem Sanctorum ullus dignatur cultu. contra quos Philipp. 31.
 2. Beati pauperes, mites, qui lugent, qui esuriant iustitiam, mundo corde. In virtutia his virtutibus contraria. In Avaros. phil. 27. In impatientes vel crudeles Philipp. 12. vel 56. in immoderatè latos Phil. 3. in injustos Philipp. 31. in immundos Phili. 2.

Festo S. Martini,

1. Si oculus tuus nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. In Invidos. Philipp. 11.
 2. Illuminabit te. Non illuminant vestes superbæ sed obscurant & infamant; at verò si exemplo Martini pars chlamydis pauperi gonetur, illuminabit te. In luxum vestium Philipp. 49.
 3. Vide nè lumen quod in te est tenbra sint. oculatores se nonnulli ipsis quilibet & lyncibus existimant; dum insidiantur pauperi sicut eo in spelunca sua; at cæcissimi & miserrimi omnium mortalium hi sunt. In oppressores pauperum. Philipp. 22.

Festo Præsentationis.

1. Beatus venter qui te portavit. Maledicti multarum Matrum ventres, quæ proles suas non in vitam sed mortem portant, edificantque Philipp. 55.
 2. Quin imò beati qui audiunt verbum Dei. in neglectores concionum. Philipp. 39.
 3. Discamus à parentibus Deiparæ citò exequi quod proponimus vel promittimus; non autem procrastinare. in procrastinatores Philipp. 59.

Festo S. Catharinæ.

1. Dormiverunt omnes, & dormierunt. in Desides Philipp. 13.
 2. Non sumpererunt oleum secum. in crudeles Phil. 56. vel oleum & operam perdunt, qui ingratis sunt. in ingratos Philipp. 48. Item in bono inconstantes Philipp. 47.

3. Nescio

INDEX II.

4. Nescio vos. nescit Deus quidquam de eorum precibus, qui irreverenter orant Philipp. 32.

Festo S. Andreæ.

1. Relictis retibus secuti sunt eum. Relictis retibus seqvuntur Christum, qui occasiones peccandi vitant & in pristina relabi peccata carent. in Recidivos Philipp. 26.
 2. Secuti sunt. Quàm pauci sunt qui consecrantur Christi vestigia, at verò quàm multi qui gaudent se esse dæmoniorū mancipia. Contra hæc Philipp. 13.
 3. Faciam vos fieri pescatores. in Divinatores, qui sunt diaboli pescatores Philipp. 42. propter superstitiones & divinationes, quæ circa hoc festum exercentur.
 4. Andreas virilis ex nomine virilior in opere, maximè in cruce. Contra Inconstantes. Philipp. 47. vel Impatientes. Philipp. 12.

D E C E M B E R

Festo Conceptionis Immaculatæ Virginis.

1. De qua nam est Iesus. In Mario-mastiges Philipp. 24.
 Vide Festum Nativitatis Mariæ.

Festo S. Thomæ.

1. Non credam, in Incredulos Philipp. 26.
 2. Tisi video. in curiosos Philipp. 36.
 3. Non credam, in obstinatos Philipp. 54.
 4. Sed fidelis, in falsos & infideles amicos. Philipp. 14.

Festo Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi.

1. Sui eum non receperunt. in inhospitales hostes Ietuli. Phil. 4.
 2. Qui non ex sanguinis. in Luxur. Philipp. 2.
 3. Exit edictum ab Augusto. in contemptores Magistratum. Phil. 38.
 4. Cognovit asinus præsepe Domini sui. Imai. in bipedes asinos Philipp. 25.

P 2

g. Non

INDEX II.

5. Non erat ei locus in diversorio. in Osores veritatis Philipp. 21.
6. Quare non erat locus in diversorio? quia à paupere los:ph nullum lucrum caupones sperabant. & ecce dum excluso Iesulo lucro inhiant, maximo se lucto privant. In Lucriones Philipp. 27.

Festo S. Stephani.

1. Ecce relinquitur vobis Domus vestra deserta. in Profanatores Eccl. Phil. 44.
2. Persequemini de civitate in ciuitatem. in Cornupetas Hercos. Philipp. 29.
3. Et noluiti. in obstinatos Philipp. 14.
4. Non me videbitis amodo, donec dicatu: Benedictus. Non videt Christum, quisquis Christem in proximo suo non benedicit. in Invios Philipp. 11.

Festo S. Ioannis Evangelistæ.

1. Hic autem quid? quid ad te? in Curiosos. Philipp. 36.
2. Recubuit in cœna. Illi in cœna Eucharistica, super Domini pectus recumbunt, qui dignè communicant, non recumbunt sed concubant & conspuunt pectus Christi. in sacrilegè communicant-s Philipp. 37.
3. Calix D. Ioannis cum serpente ebriosos inclamat: mors in calice; quia vinum in fine mordet ut coluber. in ebriosos. Philipp. 46.
4. Quem diliebat Iesus. Causa dilectionis fuit prærogativa castitatis, sicut enim hæc Deo dilecta, ita vicissim Incontinentia exosa. Philipp. 2.

Festo SS. Innocentium.

1. Occidit omnes pueror. Causa occisionis fuit Ambitio & Crudelitas. in Ambitiosos Ps. 45. in Crudeles Philipp. 36.
2. Rachel plorans filios suos. Frustra plorant filii immaturo fato sublatos, quorum mortem ipsimet parentes malâ educatione acceleraveré, Philipp. 55. vel proles immorigeræ vitâ diuturniore indignas se reddidere. Philipp. 7. & 50.
3. Noluit consolari quia non sunt. quia passi sunt Rachelis nepotes sicut Lix posteri ex Iuda prognati, ideo consolationem omnem respuit. Iustissima enim extremæ afflictionis causa est, non pati pro Christo, in im-patientes. Philipp. 12.

F I N I S.

XVII

505

Dipens. et d' d

DDMM

10/11/14

W.M. & W.L. 1911

HRB

5
5
5
5
5
5



三

卷之三

卷之三



